UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

**Bartolus**

**Lugduni, 1567**

Transactionibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

ALIA LECTVRA.

**De queſtione.** Pactum interpoſitū ſuper hereditate viuentis certo modo diſponēda, licet tollatur poſt mortē illius, nō tamē valet, niſi ipſe, de cuius hereditate tractatur, conſenſerit, ⁊ in cōſenſu permāſerit vſque ad mortē. hoc dicit. Et diuiditur in quatuor partes. Nam in prima parte ponitur thema, ⁊ queſtio. In ſecunda parte ponitur dubitatio. In tertia parte ponitur deciſio queſtionis. In quarta ⁊ vltima ponitur quedā extenſio. Secūda ibi, faciebat autem. Tertia ibi, ſed nobis. Quarta ibi. iubemus. ¶ Opponi. ⁊ videtur, quod hec lex nullum habeat dubiū quia ex nudo pacto non oritur actio, vt l. legē. ſ. eod. Huius timore dicit glo. quod hic fuit interpoſita ſtipulatio. Item oppo. ⁊ videtur ꝙ nullo modo valeat pactum, poſito quod ille, de cuius hereditate tractatur cōſenſerit. Ratio eſt, qr tunc pactum valet quando aliquid eſt dandū, vel faciendum ab vno paciſcētium alteri, vt l. j. ⁊ quod ibi no. ff. eod. Huius timore eſt facta glo. que incipit, per ſtipulationē ⁊ pone caſum, vt in gloſſ. reprobādo opi. quorundam. ¶ Item oppo. dicitur hic, quod pactum valet, quia ille cuius eſt hereditas, conſentit contra de l. pactum. ſ. eo. Sol. glo, quod licet ille, de cuius hereditate tractatur, non poſſet paciſci de ſucceſſione ſua, poteſt tamen cōſentire paciſcenti, vt l. ſi. pater. in fi. ff. de manu. vin. Et intrat glo. aliam materiam, de qua vide in c. qui poteſt, extra de reg. iu. lib. vj. ¶ Item oppo. de l. ij. §. illud. ff. de here. vel act. vendi. Sol. vt in glo. ¶ Item opp. de l. ſi quis ſeruum, de act. emp. Sol. vt ibi no. pro quorum declaratione dic, quod quādoque ille, de cuius hereditate tractatur, facit pactū de ſucceſſione ſua, quādoque alij faciunt pactū de ſucceſſione tertij. Primo caſu, aut aliquis paciſcitur quod ſibi ſuccedatur, vel nō ſuccedatur, ⁊ iſtud non valet, vt l. pactū. ſ. eod. Quādoque non paciſcitur per hunc modum, ſed per modū ſtipulationis, vt puta bona mea poſt mortē meā tibi dono. Iſtud valet, quia ceſſat ratio legis, ⁊ iſtud ſentit gloſ. que incipit, ſed ipſe. circa fi. Secundo caſu principali aduerte, quia aut paciſcuntur de hereditate tertij incerti, ⁊ iſtud valeret, vt l. iij. §. de illo. ff. pro ſo. Aut paciſcūtur de hereditate tertij certi, ⁊ tunc aut cum conſenſu illius tertij certi, aut ſine. Primo caſu valet ſi in cōſenſu perſeuerat, alias non, vt hic. ſi vero ſine conſenſu, non valet, vt hac. l. ¶ Aduerte tamen ad vnum, quandoque hereditas tertij incerti venit ex neceſſitate preambuli contractus, ⁊ tunc tale pactū valet, vt l. ſi quis ſeruum. de act. emp. Quandoque venit propter quandam conſequētiam, ⁊ tunc etiam iſto caſu pactū valet. Ita debet intelligi. l. ij. §. illud. de here. vel act. vend. licet gloſ. ſoluat hic, ⁊ ibi, quod abūdat maxime. ¶ Querit gloſſ. nunquid hec lex habeat locum in filijs. Videtur quod non, quia filij non captant mortem patris. Tamen gloſſ. determinat in contrarium. Item querit gl. nunquid paciſcentes puniuntur alio modo? Dic quod ſic, eo quod hereditas aufertur eis vt ab indignis. Caſus eſt in l. quidā. §. fi. de do. ⁊ ſigna gloſſ. que incipit, ſed potius. ¶ Item gloſ. querit, vtrum aliquo modo poſſet fieri quod hereditas mea veniet ad te. Glo. que incipit. ſed ipſe dicit quod poteſt fieri per ſtipulationem, quod ſi promittā tibi bona mea poſt mortem meam, valet, ⁊ erit donatio cauſa mor. vel inter viuos. Iſta glo. dicit verum per iura allegata per eam, ⁊ per l. heredi. de bono. auth. iud. poſ. ⁊ vtrū ſit donatio cauſa mortis, eſt gloſ. in l. que dotis. ſol. matri. Et aduerte ad vnum, quia dicit gloſ. bona mea, ⁊ non dicit, omnia bona mea, refertur ad preſentia tātum, arg. l. ſi ita. de aur. ⁊ ar. lega. ⁊ eſt caſus in l. fina. §. qui indiuiſam. de leg. ij. Nam ſecūdum gloſſ. ceſſat ratio legis, quia potero inſtituere heredem, ⁊ heres habebit Falcidiam, vt in l. in dona. infra, ad legem Falcidiam. ¶ Querūt hic quidā, quid ſi dico, promitto tibi omnia bona mea preſentia, ⁊ futura, vtrū valeat ſtipulatio? Et tenēt quod non. Nam per eam videtur auferri libera teſtandi facultas, ⁊ ideo ſtipulatio nō valet. vt l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verbo. obli. Ratio differentie inter queſtionē iſtam, ⁊ queſtionē gloſſ. ſit iſta, quia ibi ſimpliciter promittendo omnia bona, refertur ad illa ſola bona ſtipulatio, que ſunt promittētis tempore ſtipulationis per ea que no. in l. fina. §. qui indiuiſam. de leg. ij. Sed quando promitto bona etiam futura, tūc nihil remanet de quo teſtari, ⁊ heredem inſtituere poſſet. iſta eorum opi. mihi placet. Ratio patet, cum iſte contractus ſit cauſa mortis donatio, vt ſ. eod. ⁊ in donatione cauſa mortis detrahitur Fal. vt in l. in donationibus. j. ad le. Falc. adhuc eſt de quo teſtari poſſit, ⁊ heredē inſtituere, qr in Falcidia, maxime cū ipſa lex ipſo iure reſecet legata, vt l. lineam margaritarū. ff. ad l. fal. Et iſtud puto pro veritate tenēdū. Nec ob. l. ſtipulatio hoc modo, qr ibi venit in ſtipulatione, vt me heredē faceret, ꝙ quidē non eſt libera teſtādi facultas, ſecus hic, vt ſ. dixi. ¶ Nam promittēs alicui bona poſt mortem ſuam, etiam futura, no eſt promittere heredem facere, cum verbū bona, ad heredē, ſeu ad hereditatē, non adaptaretur, vt ſ. dixi. ¶ Sed contra hoc opp. de eo quod habetur in l. his verbis. ff. de heredi. inſtitu. ⁊ gloſſ. in §. ſi vero nulla. in authen. de here. ⁊ falcid. Azo in ſumma de heredi. inſtitu. Ad quod dico, ꝙ aut eſt diſpoſitio. in qua quis omnia bona ſua relinquit, dicēdo, omnia bona mea relinquo, confero omnia bona mea vniuerſaliter ⁊ in illum ſolum ea cōfero, ⁊ tunc dico quod eſt inſtitutio, ⁊ importat hereditatem. Aut illa diſpoſitio non cōfertur vniuerſaliter ad omnia bona ſua, quia ſolum ſub nomine bona, ⁊ in aliam partem hereditatis ſue diſponit ſub nomine hereditatis, tūc diſpoſitio per verbum relinquo bona mea, vel partem bonorū meorum, non importat inſtitutionem, vt l. ſi quis ſeruū. cum l. ſeq. de lega. ij. Quod enim dicitur in l. his verbis, ⁊ ſimilibus, obtinet vbi aliqua pars hereditatis relinquitur ſub nomine hereditatis. Nunquid autem debet habere ſolum quartam partem bonorum, eorum que erant teſtantis tempore teſtamenti tantum, an etiam eorū que erant tempore mortis? Et videbatur quod ſolum eorum que eſſent tempore teſtamenti, arg. l. ſi ita. de aur. ⁊ argen. leg. ⁊ eorum que no. in l. fi. que res pigno. obl. poſſ. ¶ In contrarium eſt veritas. Ratio. quia nomen hereditatis eſt quedam vniuerſitas, ⁊ vniuerſitas ſemper dicitur eadem. licet aliquid creſcat, vel minuatur, ergo ſemper eadem quarta, ſicut dicitur in peculio, quod eſt vniuerſitas, ⁊ tamen creſcit, ⁊ decreſcit, vt in l. peculium. ff. de peculio, ⁊ tamen idem eſt peculium. hic hereditas augetur fructib. vt l. item veniunt. §. cum prediximus. ff. de petitio. hereditatis.

☞ ¶ Non valeret. Aduerte quod omnium bonorū ſuorum donatio preſentium ⁊ futurorum, nō valet. Ita bar. hic in hac. l. fi. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obli. quaſi auferat liberā teſtandi facultatem. Sed Domi. Alexan. alle. Bar. tenere cōtrarium in l. queſitum. §. pe. ff. de legat. j. Tu dic, Bart. format diuerſas queſtiones, quia in hac l. fi. ⁊ in d. l. ſtipulatio. format queſtionē de qua. ſ. in d. §. pe. format queſtionem quando donās vtitur verbo, hereditatem meam dono ⁊c. quaſi erret in hoc nomine appellatiuo hereditatis, que non dicitur eſſe viuentis, vt in iuribus prealle. ⁊ ſic concludit valere, non obſtante illo errore, quaſi ſint cōformia verba, dicere omnia bona, ⁊ dicere hereditatē. Vel dic ⁊ ſecūdo, quod in d. §. pe. recitat opin. Vel vltimo ſolu. ſecundum Domi. Alexan. Aut intellexit de hereditate ſcilicet, ſecūdum bona. que tunc preſentialiter habebat, ⁊ valet, ⁊ procedat ſecūda opi. Aut voluit donās referre ad omnem hereditatē, hoc eſt, ad omnia bona preſentia, ⁊ futura, ⁊ tunc non valet, ⁊ procedat j. opi. eſt ſubtilis ſolutio, ſed tutior prima. Adde ad ea que habentur ad Angel. ⁊ Pau. de caſt. in l. penales. in princ. ff. ad l. Fal. ad Pau. in l. licet. C. de pact.

---

## De tranſactionibus. Rubrica IIII.

¶ Continua hanc rubricam, vt in gloſſ. vel vt ſ. de pactis. vbi continuaui omnes rubricas vſque ad fi. huius libri, ⁊c.

LEX I.

1 ☞ Plures tutores vel curatores, etiam quando adminiſtratio eſt diuiſa, quomodo, ⁊ qualiter teneantur. ⁊ nu. 4. ⁊ 7. ⁊ 13.

8 Ceſſionis beneficium quando habeat locum inter plures tutores, ⁊ nume. 17.

10 Beneficium vtilis actionis, quando habeat locum inter plures tutores, ⁊ nu. 18.

**Neque** Pactio. Hic eſt titulus ſubtilis, difficilis, ⁊ vtilis magis, quā aliquis de toto Codice, ⁊ hec lex eſt difficilis. Et primo loquitur in genere. Secundo in ſpecie. Secunda ibi, cum igitur Breuiter h. d. Tranſactio facta cum vno vel plurib. obligatis, ad alios non porrigitur. h. d. hec lex difficilis in tex. ⁊ gl. ¶ Op. ⁊ videtur ꝙ contineat ſuperfluitatē in eo ꝙ dicit neq; pactio, neq; trāſactio cōtra. §. quib. ſ. in prima conſt. Sol. Dicit gloſſ. ꝙ hic loquitur de pactione gratuita. ⁊ de tranſactione non gratuita. ¶ Secundo oppo. ff. de tut. ⁊ ra. diſt. l. ſi ex duob. Sol. Ibi prodeſt alijs, vi ſolutionis, nō vi tranſactionis. Non ſunt plura contraria in glo. tamē quia tex. iſte dicit, ꝙ aliū cōuenire non prohibetur, nec dicit inquantū, ideo eſt facta tota iſta gloſ. vt videamus inquātum, alius, cum quo non eſt tranſactū, poſſit conueniri. Pro cuius declaratione multa ſunt

1 videnda. ¶ † Ad cuius euidētiam eſt ſciendū primo, qualiter plures tutores, ⁊ curatores teneantur. Rū. aut adminiſtratio eſt diuiſa a teſtatore, vel a iudice. aut non. Primo caſu, quilibet tenetur [a]

a pro parte ſua. Fallit in caſib. qui ponuntur in l. ij. j. de di. tut. Si vero non eſt facta diuiſio a teſtatore, vel iudice, tunc omnes tenentur inſolidum, vt l. j. §. nunc tractemus. de tut. ⁊ ra. diſt. Modo ad

2 propoſitū in illis caſib. † in quib. quilibet tenetur pro parte, trāſactio facta cū vno, non porrigitur ad alios. Ita loquitur hic, dū dicit text. in his que ſeparatim, ⁊c. In illis vero caſib. in quib. tenetur inſolidū, remanet magnum dubium. Illud ergo diſcutiamus vnde omnia que infra dicam intelligas diuiſione nō facta a teſtatore, vel a iudice. Et pro huius declaratione licet inſolidū teneātur, videndum

3 eſt qualiter poſſint cōueniri. Et hic aduerte, † debetis ſcire ꝙ

tutores ⁊ curatores habēt quatuor beneficia. Primum eſt benefi-cium ordinis. Secundū eſt beneficiū diuiſionis. Tertiū beneficium ceſſionis Quarto beneficiū vtilis actionis. De quolibet videamꝰ.
4 ¶ Primo de beneficio ordinis.† ⁊ gl.hic^b ⁊ in l.j.§.nunc tractemus.
b de tute.⁊ rat.diſtra.dicit. Aut omnes geſſerūt,aut nullus,aut quidā geſſerūt,⁊ quidā non. Primis duobus caſibus nō eſt locus beneficio ordinis,vt d.l.ij.de diui.tut. Ita dicit gl.nec diſtinguit vtrū diuiſio fuerit facta a ſeipſis,vel nō. Itaēt dicūt cōmuniter doc.noſtri. Iac.de Are.in iſto paſſu dicit aliter, ⁊ meliꝰ iudicio meo, Aut nulla eſt facta diuiſio a ſeipſis, ⁊ verū dicit gloſ. Aut eſt facta a ſeipſis,⁊ tunc aut oēs ſunt eiuſdem ordinis,qꝛ omnes teſtamentarij, vel legitimi,vel omnes datiui,⁊ tunc verū dicit glo. Sed ſi quidam
* ſunt datiui,* ⁊ alij teſtamentarij,vel legitimi,prius cōueniūntur da-
* tiui.ſecundo magiſtratus,* antequā perueniatur ad cōtutorē, vt l. Lucius.§.cū teſtamēto.ff.de admi.tu.licet.gl.j. intelligat ꝙ ibi erat facta diuiſio a teſtatore,qđ tex.non ſonat.in fi. Tertio caſu quādo quidam geſſerunt.⁊ quidā non,dicit gl.primo cōuenitur gerens,ſecundo non gerens,tertio magiſtratus,vt d.§.nunc tractemus,⁊ j. ſi tu.nō geſ.l.j.⁊ ij.ſed iſtud dictū gl.ſuppletur per Dy. ⁊ per vltramon. ¶ Et ideo tu dic melius, Aut quidā geſſerunt ⁊ quidam nō, ſi quidā geſſerunt ex mandato eorū qui non gerebāt, ⁊ tunc nō eſt locus beneficio ordinis.qꝛ omnes geſſiſſe videtur per aliū,vt l.tres tutores.§.non ſolum.de admi.tu. Aut non mandauerunt non gerentes,⁊ tunc aut loquimur de geſtis,aut neglectis. Si de geſtis, verum dicit gl.vt d.l.j.⁊ ij.ſi tuto.non geſſ.⁊ d.§.nunc tractemus. Si de neglectis,⁊ tunc aut ſunt connexa geſtis,⁊ idem,vt l. tutorē qui tutelam.de admi.tu.⁊ d.l.tres tutores.verſi.item in eo.titu. Si verò non ſunt connexa geſtis.⁊ tunc nō erit in eis locus beneficiò ordi-
* nis,* vt l.tutores qui poſt.§.in eum qui.de admi.tu.l.tres tutores.
5 verſi.item in eod. ¶ Nunc ad propoſitum.†quid releuat iſta inueſtigatio in caſu preſenti. Reſpon.aut tranſactū eſt cum eo,qui primo loco debebat conueniri.⁊ tunc ad alium peruenire nōn poteſt, nec de hoc loquitur hic,obſtante beneficiò ordinis. aut fuit tranſactum cū eò,qui ſecundo loco debebat cōueniri.tunc ad aliū poteſt perueniri non obſtante tranſactione,ſaluo in eo quod eſt ſolutū nomine tranſactionis,qꝛ vi ſolutionis prodeſt alteri,nō vi tranſactionis,vt l.ſi ex duobus.in fi.de tu.⁊ ra.diſt.⁊ hoc modo poteſt intelligi hic dum dicit,communiter ve geſſerunt,vel gerere debuerunt.
6 Videamus nunc de beneficio diuiſionis,† ⁊ in hoc eſt opi. quod hi, qui de dolo conueniuntur, nō habent beneficiū diuiſionis. Hug.dicit contra ⁊ melius.vt probatur in l.ſi plures.de admi.tut.⁊ hoc eſt verū,quando conueniuntur ex cōmuni culpa.vel ex cōmuni dolo, nam ſi aliquis cōuenitur ex dolo proprio.vel ex culpa.tunc nō haberet beneficium diuiſiō-
7 nis,vt l.j.⁊ ij.j.ſi tu.nō geſſ. Hoc premiſſo dic ad q.propoſitam inquantum poſſit cōueniri ille cum quo non eſt tranſactū.ſi quidem tranſactio eſt facta cum eo, qui cōueniebatur ex proprio dolo,vel ex propria culpa,⁊ ſic non habebat beneficium diuiſionis non poterit agi cōtra alium,vt l.ſi pupillus.de admi.tu.⁊ iſto caſu non loquitur hic. Si verò tranſactum eſt cum eò qui conueniebatur ex communi culpa,vel dolo.tunc(nō poteſt agi contra aliū. niſi quatenus per beneficiū diuiſionis deberet agi contra eū cū quo tranſactum eſt),⁊ ita loquitur hic dum dicit, communiter ve geſſerunt.
8 Videamus † de beneficio ceſſionis.⁊ in hoc omnes concordant,qꝛ ſi conuenitur ex communi dolo,vel propria culpa,non habet beneficium ceſſionis.ſi ex communi culpa,vel culpa alterius ſic.vt l.ſi plures.de admi.tut.⁊ l.j.§. nunc tractemus.ff.de tute.⁊ ra.diſtra. Sed videndū eſt inquantum fiat iſta ceſſio,⁊ ſi quidem aliquis conuenitur ex propria culpa,tūc nulla fit ceſſio,vt l.j.⁊ ij.j.ſi tutor non geſ. Idem ſi ex communi dolo. Si vero conuenitur ex culpa communi,tunc fit ceſſio pro parte. Si conuenitur ex culpa alterius in totum fit ceſſiò in totum, vt vi-debitis in l.j.j.de duobus reis, ⁊ ibi plenius per doct.ff.de ſolu.l.
9 Modeſtinus.⁊ ibi dixi. ¶ Nunc ad propoſitū inquantum poteſt agi cum eo,cum quo non eſt tranſactum ſic dicas, aut ei debet cedi actio contra eum cum quò tranſactum erat in totum, ⁊ tunc in nullo poterit conueniri obſtante exceptione cedendarū actionum, vt l.itichum aut Pamphilū.§.pe de ſolutiò.⁊ iſto caſu nō loquitur hic. Si vero debebat contra eum fieri ceſſio pro parte, tūc prò illa parte poterit conueniri,⁊ ita poteſt loqui hic in eo ꝙ dicit cōmuniter ve. Sed ſi in nullo deberet fieri ceſſio.poſſet in totū conueniri, niſi obſtarent alia remedia de beneficijs ſupra dictis. Ita debetis
10 intelligere. ¶ Quarto habemus videre de beneficio vtilis actionis.⁊ certe omnia,que ſ.dixi in beneficio ceſſionis, poſſunt hic eodem modo dici,vt l.j.§.nūc tractemus.de tu.⁊ ra diſt. ¶ Nunc habemus expeditam gl.vſqꝫ ibi item no.ꝙ.quā vide ⁊ predicta ponit inuolute,⁊ infraſcate modo poteſt perpendere quāte difficultatis eſt. Quero,dixi ꝙ plures tutores habent inuicem beneficium vtilis actionis. Sed ego reperio,ꝙ inter plures fideiuſſores, non eſt locus huic beneficio, niſi cedatur vt l.vt fideiuſſor.de fideiuſſor.

11 Que eſt ratio?†Glo.hic dicit ꝙ fideiuſſor habet regreſſum contra principalem,ideo lex non curauit ſibi dare actionē contra fideiuſſorem: Que ratiò ceſſat in pluribus tutoribus,⁊ curatoribus,⁊ vide gl.iſtā nō eſt bona ratio. Quid enim ſi principalis eſſet nōn ſoluendò, ⁊ ſic inanis eſt actio vt l.nam is.ff.de dolo? Vel quid ſi tali modò interceſſerat,quod contra principalem non haberet regreſſum vt puta pro pupillo naturaliter obligato,vt l. Marcellus.ff. de fideiuſſo,tunc ſequeretur quod haberent inuicem actionem ꝙ ēſt contra l.vt fideiuſſor. Unde gl.reddit aliam rationem. Dicit gl. Ratio eſt,qꝛ tutores conueniūtur actione bone fidei, fideiuſſores ſtricti iuris vide gl. Iſta ratio(non)eſt bona. Quid in plurib. mandatorib.qui conueniūntur actione mandati, que eſt bone fidei?certe eſt idem quod in fideiuſſorib.vt d.l.vt fideiuſſor. Ideo gl.dat illam rationem.quod fideiuſſor intercedit ſponte,tutor ex neceſſitate,vt no.in d.l.vt fideiuſſor. Iſta ratio nō eſt bona,qꝛ etiam duo rei obligantur ex neceſſitate,⁊ habent inuicem actionem,vt l.j.de duobus reis. Sed rationem veram ponit gl.in l.ex facto in fi.de negotijs geſt.quam a propriat ſibi Iac.de Rau. Nam tutor ſoluens,vt correus hoc aget,vt correum tutorem liberet ſicut ſe,vnde merito habet actionem contra eum: ſed ſi hoc facit ex aliqua neceſſitate, non poteſt habere directam actionem negociorum geſtorum, ſed habet vtilem a lege, fideiuſſor verò principaliter agit, vt liberet reum,ſed confideiuſſores liberantur per quandam cōſequentiam, igitur contra eos non habet actionem, niſi cedatur. non habetis alia. Poſſum querere,⁊ quero vtrum hoc ſit verum, ſiue trāſactio ſit facta per acceptilationem, ſiue per pactum nudum. Breuiter
12 †inter pactum nudum.⁊ gratuitum,⁊ acceptilationem eſt differentia,nam acceptilatio vnius ex plurib.reis porrigitur ad omnes,vt l.⁊ per iuſiurandū,⁊ l.⁊ vnò.ff.de accep.⁊ l.ſi rem.§.j.de noua.quod non eſt in pacto,vt l.ſi vnus.in prin.ff.de pact. Tamen ſi nos preſupponimus tranſactionem eſſe factam,tunc ſiue opponatur acceptilatio,ſiue non:videtur quod non extendatur vltra quam ſe extenderent vires tranſactionis vt j.eo.l.iij.quòd tamen plenius dicam.j.eòd.l.ſi de certa,⁊c.

ADDITIONES.

a P. PAV. P. ¶ Primo caſu quilibet tenetur. Vide dom.Franc.in materia latiſſime conſ.xxix.⁊ conſi.lxvj. Item circa iſtam materiam quomodò liberatio facta vni ex tutorib.proſit alijs quando inſolidum tenebantur, Vide Cumanum conſil.xxiiij. incip.teſtator filiò ſuo natò.per totum.vbi concludit quod prodeſt alijs quando in liberationis inſtrumento dictum fuit quod fuit minori ſatiſfactum, ⁊ alia de quibus vide per eum. Et ibi ponit quid ſi liberatio fiat vni de eo quod ab ipſo exigi poſſet,an proſit alijs, poſito quod haberent beneficium diuiſionis.
b ¶ IO. FR. RV. ¶ Et gl.hic inſtit.de ſatiſdat.tut.§.fin.⁊ Angel. de Aret.in §.pen.eo.tit.⁊ Iaſ.hic bene declarantem iſta beneficia.
* CLAVD. DE SEISS. ¶ Secundo magiſtratus. Hodie tamen conſuetudò non admittit vt magiſtratus conueniantur,vt dicit Aret.conſil.xxix.
* CLAVD. DE SEISS. ¶ Beneficio ordinis. Quid autem ſit de pluribus actoribus, ⁊ etiam de alijs adminiſtratoribus voluntarijs,an habeant Beneficium ordinis, Vide Are.conſ.xxix.in iij.dubio,⁊ ſeq.

ALIA LECTVRA.

Neque Pactio Tranſactio facta cū vnò ex plurib. obligatis ad alios non extenditur.hoc dicit. Primo reſpon. ad queſtionē generaliter,ſecundò ſpecialiter. Secūda ibi,cum igitur. ¶ Oppo.nam videtur quod inquantum hec lex facit mentionem de pactione,⁊ trāſactione;committat ſuperfluum,qꝛ tranſactio,⁊ pactio eſt idem,vnde oppo.de §.quib.ſ.in prima conſtitu. Huius timore facta eſt prima glo. Item oppo. de l.ſi ex duob.in fi. ff.de tute.⁊ ratio.diſtra. Sed dic vt in gl.vel dic ꝙ ibi prodeſt alijs vi ſolutionis non tranſactionis,vt hic. ¶ Quero dicitur hic,conuenire non prohiberis,inquantum poſſet conuenire tertium. Pro declaratione huius gl.pono diſtinctionem quam nōt. ¶ Et debes ſcire,quod vbi ſunt plures tutores, vel curatores, vel adminiſtratores,⁊ adminiſtratio eorum diuidatur, aut diuiditur a teſtatore,
13 aut a iudice, ⁊ quilibet eorū tenetur prò parte,niſi in caſu l.ij.j.de diui.tut. Si vero diuidatur ab eis,vel non diuidatur,dic vt in glo. Pro cuius declaratione eſt ſciendum,quod vbi ſunt plures tutores, vel curatores, ⁊ adminiſtratio eorum non ſit diuiſa a ſeipſis,
14 habent plura beneficia. † habent enim beneficium ordinis.v.g.ꝙ conueniatur primo gerens,⁊ habent beneficiū diuiſionis. de quib. beneficijs habetur in l.j.§.nunc tractemus.ff.de tute.⁊ ratio.diſtra. habent beneficium ceſſionis,qꝛ agit vnus tutor ſolus, ſi ſibi cedatur actio contra alios. De hoc beneficio habemus in d.§.nunc tractemus preallег.⁊ l.ſi plures.de admi.tu. habent quartum beneficium
15 cium ſcilicet vtilis actionis,vt d.§.nūc tractemus.† Modo ſi queris quib.tutorib.cōpetat primum beneficiū ordinis,dic quandoqꝫ

omnes

omnes tutores gerūt, quandoq; nō. In primis caſib. dico, ꝙ tutores non habent beneficiū ordinis, ⁊ intelligatur vbi diuiſio nō eſt facta ab ipſis. Ita ſentiūt gl. hic. ⁊ in d. l. j. §. nunc tractemus. p2eale. Aduerte tamen ad vnū ꝙ dicit Iac. de Are. ꝙ iſtud eſt verum, vbi nulla eſſet facta diuiſio. Aut omnes tutores ſunt eiuſdē ordinis, q2 omnes teſtamētarij, vel datiui, vel oēs legitimi, aut diuerſi ordinis, tūc cōuenitur datiuus poſtea magiſtratus, poſtea teſtamētarius, caſus eſt in l. Lucius. §. cū teſtamēto. ff. de admi. tut. Alio caſu, vbi quidā gerunt, quidam non, tunc eſt locus beneficio ordinis, q2 conuenitur primo gerens, poſtea magiſtratus, poſtea nō gerens, vt ſolet tractari in d. §. nunc tractemus. ⁊ in l. j. ⁊ ij. ȷ. ſi tutor nō geſ. Dicebam ꝙ erat beneficium diuiſionis, ⁊ hec fuit opi. inter antiquos. Nam Azo videtur dicere, ꝙ iſtis tutoribus non datur beneficium diuiſionis, licet fuerit in cōtraria opi. vt hic videtur per l. ſi plures.
16 ff. de admi. tu. gl. tenet opin. Azo. † Iſta eſt veritas, quod ſi tutores conueniuntur ex communi dolo, ſeu ex communi culpa, ⁊ tunc habent beneficium diuiſionis. Secus ſi cōueniantur ex ſpeciali dolo, vt l. ſi plures. de admi. tut. ⁊ ita debet intelligi opin. Azo. Unde ad propoſitū queſtionis. Si queramus in quantū cōueniatur iſte tertius, dic ꝙ aut alij fuerūt conuenti ex communi dolo, vel ex communi culpa, ⁊ operatur beneficium diuiſionis, ꝙ competit, vt ſ. dixi, tunc iſte tertius non conuenitur niſi pro virili. Ita poſſet intelligi lex noſtra, q2 cum dicit ſeparatim. ⁊ intelligo ſeparatim, facta diuiſione a ſeipſis. ⁊ cum dicit communiter. expōne vt in gl. Si vero conueniatur ex ꝓprio dolo, non habet locū lex nō. tra. q2 omnes
17 inſolidum tenentur. ¶ † Dicebā, ꝙ erat tertiū beneficiū ceſſionis, ⁊ iſto caſu cōmunis eſt opi. ꝙ in tutoribus doloſis nō competit be-
18 neficiū ceſſionis. hic eſt caſus in d. l. j. §. nunc tractemus. ¶ † Dicebam quod erat quartum beneficiū, ſcilicet vtilis actionis, ⁊ in iſto dicas idem ꝙ in precedenti. ⁊ iſtud dicit tex. in d. §. nūc tractemus, ⁊ no. per gl. in d. l. ſi plures. Quia dixi, quod tutoribus competit be-
19 neficium vtilis actionis, gl. magna circa. fi. † querit de ratione diuerſitatis, quod tutoribus ſolum datur actio vtilis ſine ceſſione cōtra contutores, ſed non fideiuſſoribus contra confideiuſſores. Glo. aſſignat hic duas rationes. Tertia aſſignatur in l. vt fideiuſſor. ff. de fideiuſ. dicit gl. quod ratio eſt, quia fideiuſſor habet regreſſum contra reum principalem, ideo lex non curauit ſibi dare beneficiū vtilis actionis ſine ceſſione. Iſta eſt prima lectura, que nō videtur bona. ¶ Quid enim, ſi reus principalis non eſſet ſoluendo? Iſto caſu non dicitur habere regreſſum, quia inanis eſt actio, vt l. nam is. de dolo. Unde gl. tradit aliam ſol. quia tutor conuenitur actione bone fidei, fideiuſſor ſtricti iuris. ideo ⁊c. Sed iſta ratio nō videtur bona: nam ⁊ in mandatore qui tenetur actione bonefidei mandati, videtur eſſe idem, ꝙ in fideiuſſore, qui tenetur actione ſtricti iuris. Gl. in l. vt fideiuſſor. de fideiuſ. aſſignat aliam rationem, ⁊ eſt talis, quod tutoribus ideo competat vtilis actio ſine ceſſione, q2 lex magis ſubuenit his, qui obligantur ex neceſſitate, quam his qui obligantur ex voluntate. Iſta ratio non eſt bona, q2 duo rei obligātur inſolidum, ⁊ voluntarie, ⁊ tamen inter eos habet locū beneficiū vtilis actionis ſine ceſſione, q2 ſi vnus ſoluat ſine ceſſione, cōpetit ſibi actio vtilis contra correum, vt l. j. ȷ. de duobus reis. Unde doc. aſſignant aliam rationem, ⁊ iſta quarta eſt vera, ꝙ ideo fideiuſſori contra confideiuſſorē nō datur vtilis actio ſine ceſſione, q2 ſi cōfideiuſſor ſoluit, principaliter ſoluit, vt reū principalē liberet, ⁊ per quandam conſequentiam liberet ſuum cōfideiuſſorem, ſed in tutore ceſſat iſta ratio, quia tutor ſoluit, vt liberet ſe, ⁊ contutores, ⁊ ideo nimirum ſi contra cōtutores datur vtilis actio ſine ceſſione, ⁊ iſta eſt vera ratio, ⁊ fuit Ultramontanorum, ⁊ licet ſibi approprient vltramontani, eſt tamen gloſ. originaliter, que videtur innuere iſtam rationem in l. ex facto. in fin. ff. de nego. geſt. Recte intelligenti iſta eſt vera ratio. ¶ Ultimo diſtingue vt per gl. ⁊ doc. ⁊ Cyn. hic.

LEX II.

**Cum te proponas** Breuiter dicit. Tranſactio facta metu future litis tenet. h. d. ¶ Opp. tranſigere proprie dicitur ex parte actoris, quaſi ab actione reſilire. Innuit ergo, ꝙ hic frater actor erat. Sed tunc contra in tranſactione cōſueuit dari pecunia actori a reo, vt ipſe actionem remitteret, ſed hic dicit expreſſe, ꝙ frater promiſerat pecuniam, ergo innuit quod eſt reus. Huius timore gl. legit duobus modis. Uno modo quod erat actor, ⁊ quod promiſit pecuniam hoc pacto, quod ille daret ſibi hereditatem, ⁊ ſic natura tranſactionis eſt, vt actori detur pecunia a reo, quando ipſe remittit actionem. Sed quando conſequitur illud, quod per actio-
a nem petit, ex natura tranſa. eſt, vt actor det reo pecuniam, vt hic. ⁊ ȷ. eod. l. ſi ſuper poſſeſſione. Secundo modo legitur,[a] quod hic frater erat reus, ⁊ ſic tranſegiſſe ponitur improprie, ⁊ hec ponuntur in primis duabus gloſſellis. ¶ Oppo. de l. j. ff. eod. Solu. quod ibi dicit quod tranſactio debet imponi ſuper lite intelligitur preſenti, vel futura, ⁊ ita hic erat: ergo hic lis ſaltem de facto extra iudicium. ¶ Oppo. de l. in ſumma. in prin. ff. de cond. inde. Sol. Intelligas quod queſtio erat de facto abſque calumnia. tamen dic vt dicam ȷ. eo. l. ſub pretextu. ¶ Quero qualiter fuit promiſſa iſta pecunia. Gl. ij. dicit nuda cautione, ⁊ vide gl. Sed ſi hoc verum eſt, quomodo procedit quod hic dicitur in tex. ſi non ſoluiſſes, iure conuenireris, cum ex pacto nudo quis nō poſſit conueniri. Reſpondeo; intelligitur quod iſtud pactum fuit veſtitum rei interuentu, quia ille promiſit ſibi pecuniam, vt ſoror ſibi daret hereditatem, que ſoror illam hereditatem dedit, vt l. ſiue apud acta. ȷ. eo. ⁊ ibi no. alias haberemus hic neceſſe dicere quod hic ſtipulatio interuenit, ⁊c.

ADDITIO.

a ¶ Secundo modo legitur. Aduerte ad hanc ſecundam lecturam, quia licet doc. videantur fateri etiam hanc poſſe ſtare ad iſtum tex. do. meus Fran. Pepius de Flo. iuriſconſultus celeberrimus dicit hanc ſecundam lecturam falſam. Nam gl. j. huius l. ⁊ communiter omnes dicunt, quod calumnia actoris vitiat tranſactionē, rei non. Et ita limitant text. in l. in ſumma. §. j. ff. de condi. inde. in l. iſta non poteſt negari quin ſit calumnia ex parte huius ſororis, que ſciebat ſe non heredem, vel quia ſciebat ſe eſſe exheredatam, vel aliter excluſam. Et tamen dicitur hic tranſactionem valere, ergo debet intelligi quod iſta ſoror erat rea, ⁊ non actrix, q2 alias vitiatur tranſactio pretextu calumnie, prout eſt communis opin. hic. Et ideo a prima non recedas.

LEX III.

2 ☞ Iudex quando aliquid ſibi conſtat ex inſpectione inſtrumenti, ſupplet de facto.

3 Actio vtilis proueniens ex directo bone fidei, eſt etiam ipſa bone fidei.

**Ac cum Geminiano.** Breuiter dicit ſecundum vnam lectu. Quando petitio eſt generalis, tranſactio ſpecialis, non preiudicat niſi in his, in quibus eſt tranſactum: hoc dicit ſecundū vna lec. Et hanc proſequuntur omnes gl. excepta vna gl. paruula que eſt ſuper verbo, nominatim. Et primo pono caſum ſecundum iſtam, ⁊ eam expediam. ¶ Primo oppo. hic dicit, age, quod eſt verbum imperatiui modi. ⁊ ſic videtur quod aliquis cogatur agere. contra infra,
1 vt nemo inuitus cogatur agere l. j. Sol. † Quando alicui imperatur aliquid, quod eius priuatam vtilitatem continet, verba imperatiui modi habent vim conſilij. Ita loquitur hic. Ita intelligit gl. tua j. ⁊ hoc probatur in l. ij. circa fi. ff. man. ⁊ ibi in text. ⁊ hic. ¶ Op. ſecundo, hic innuit quod iudex ex officio ſuo, debet hic videre de quanta pecunia ſit tranſactum, ⁊ ſic ſupplet de facto. Contra. ȷ. vt que deſunt aduo. l. j. ⁊ quod ibi no. ⁊ l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. preſi. Sol. Dicunt quidam, quod hoc eſt ideo, quia eſt actio bone
2 fidei. Tu dic, quod hoc ideo, † q2 liquebat ſibi vt iuduci ex inſtrumenti inſpectione. Alia circa hoc dicam in d. l. ij. vt que deſunt aduoc. parti. Dixi plene in l. iiij. §. hoc autem iudicium. de dam. infec. ¶ Op. ȷ. de iudi. l. licet. quidam dicunt, fateor quod hec replicatio opponeretur, quod gl. non placet, ⁊ bene, nam ibi fuit petitio generalis, proſecutio ſpecialis, ⁊ ſententia generalis, vnde quia ſententia omnia continebat, eſt opus replicatione, ſed hic fuit tranſactio ſpecialis, merito non eſt opus replicatione, quia omnia non comprehendit. Huius gratia glo. tua diſtinguit plures caſus, quos vide, quia non dicam hic extra gl. ſed dicam ȷ. eo. l. ſub pretextu ſpecierum. ⁊ l. ſi de certa. ¶ Secundum ergo iſtam lec. hic de vna ſpecie fuit tranſactum, ⁊ de alijs non. Sed contra iſtam lect. videtur tex. qui dicit de quanta pecunia ⁊c. ⁊ infra, quantam pecuniam relinquam, ⁊c. Et ſic innuit quod fuit remiſſa pars quantitatis debita non ſpecies adminiſtra. gl. volens hoc effugere exponit quanta, id eſt, a qua ſpecie. Alij volentes quod litera ſtet proprie, legunt alio modo. Et breuiter ſecundum eos hoc intendit. Si pars debite quantitatis petitur, ⁊ ſuper ea tranſigeretur, in reſiduo non obſtat exceptio hoc dicit. Et iſta lect. ponitur in gloſ. ſuper verbo nominatim. Differt ergo hec lect. a prima, quia ibi ex diuerſis ſpeciebus debebatur, ⁊ de vna fuit tranſactū, hic debebatur ex vna tantum. Item in precedenti fuit generalis petitio, ⁊ ſpecialis tranſactio, hic vero fuit ſpecialis petitio, ⁊ ſpecialis tranſactio.

ALIA LECTVRA.

**Ac cum Geminiano.** Iſta lex legitur dupliciter in gloſſ. ⁊ ſecundum primam lect. hoc dicit. Ubi petitio eſt generalis, ⁊ tranſactio ſpecialis, non nocet in his, ſuper quibus non apparet eſſe tranſactum. hoc dicit. Legitur ſecundo modo, qui colligitur in gloſſ. que incipit, iubebit. hoc dicit. Ubi petitio eſt ſpecialis, ⁊ eſt tranſactio ſpecialis, tranſactio non nocet in his, ſuper quibus non apparet eſſe tranſactum. ¶ Oppon. de leg. j. vt nemo inuitus. Soluit gloſſ. quod verbum age; hic poſitum, non denotat preceptum; ſed potius quandam prouiſionem.

¶ Ex iſta ſol. nota quod quandoq; verbum imperatiuū continēs

a propriam vtilitatem eius, cui imperatur, non ſtat in propria[a] ſigni
ficatione, ſed denotat quandam prouiſionem ſeu conſiliũ, vt hic fa
cit. l. ij. in fi. ff. manda. ¶ Item oppo. ꝙ iſte tex. videtur innuere qꝺ
iudex poſſit ſupplere defectum, cõtra de l. illicitas. §. veritas. ff. de
offi. preſi. Sol. quod tũc iudex põt cum ſibi eſt aliquid notũ vt iu-
dici, hoc enim poterat iudici eſſe notum ex inſpectione inſtrumen
ti tranſactionis, ⁊ ſic vt iudici. ¶ Item opp. de l. ſub pretextu. j. e.
Sol. vt in glo. fin. ſol. habetur in l. tres fratres. ff. de pac. ¶ Quero,
qua actione agitur. Dicit gl. quod agitur vtili actione neg. geſt. ⁊
eſt gl. j. Ex qua gl. iuncta cum tex. quãdo dicit quod eſt bonefidei,
5 no. ꝙ ſicut ille actiones directe, de quibus fit mentio in §. actionũ.
Inſt. de act. ſunt bonefidei vt ibi, ita vtiles. ¶ Quero quid, nonne
ipſo iure? Dixerunt quidam, ope replicationis, per l. licet. j. de iu-
dic. Iſtud dictum reprobatur per glo. Ratio, qꝛ in lege contraria
petitio fuit generalis, proſecutio fuit ſpecialis, ⁊ ſententia genera
lis. vnde cum ſententia omnia contineat, mirum ſi non ſubueni
tur ipſo iure ſed ope exceptionis, ſeu replicationis.

ADDITIO.

a ¶ Non ſtat in propria ſignificatione. Et ſic non ſemper importat
neceſſitatem. adde tex. in c. ſic enim. xxviij. q. j. ⁊ gl. in c. fi. §. quod pre
cipitur. xiiij. q. j. ⁊ Car. in cle. exiui. §. item quia. de verb. ſigni.

LEX IIII.

3 ☞ Dolus quando videatur remiſſus in generali tranſactione.
5 Quando dolus committitur, in non obſeruando promiſſa, in trãſ
actione, an agi poſſit de dolo, ⁊ nu. 13.
8 Actio de dolo, quando datur ex contractu facio vt des, vel actio
preſcriptis verbis, ⁊ nu. 14.
9 Condictio ob cauſam in contractibus innominatis habet dupli-
cem originem.

ACtione. Hec lex habet ita ſubtilem gl. ⁊ diffici
lem ⁊ de medulla iuris ſicut alia quã
viderim. Breuiter dicit. Ad actionem extinctã nõ da-
tur regreſſus, ſed decepto per actionẽ de dolo ſuccur-
retur niſi ſit de dolo tranſactum. h. d. Primo ponit dictum. Secũ-
do exceptionem. Tertio exceptionem exceptionis. Secunda ibi,
niſi de dolo. Tertia ibi, niſi ſpecialiter. ¶ Nota ꝙ dixi in ſumma-
1 rio. ¶ Nota etiam hic ꝙ dictio niſi[a], quandoqȝ ponit, quandoqȝ
a priuat, vt patet ex tex. qꝛ primum niſi. ponit, ſm niſi. priuat. ¶ Op
po. de hac l. ad ſeipſam. nã prima dictio niſi. ponit, poſtea priuat.
Doctores volentes iſtã materiam explicare, inculcant de dictio-
b ne niſi,[b] que eſt priuatiua, etiam de dictione preter: ⁊ videt mihi
quod non bene faciant: Nam debetis ſcire ꝙ quedã eſt dictio ex-
ceptiua, que reſpicit actum poſitum in oratione, quedã que reſpi-
cit terminos, illa que reſpicit actũ iſta eſt cõiunctio niſi, circa quã
c dicas. Aut precedit oratio negatiua, ⁊ dictio niſi. ponit[c], vt hic in
primo niſi. Aut precedit oratio affirmatiua, ⁊ dictio niſi. priuat, vt
hic in ſecundo niſi, vt in capi. peccatum. in fi. extra de reg. iur. li. vj.
¶ Sed contra hoc opp. de l. Titia. ff. de manu. teſt. dicit Dyn. ibi,
dictio niſi. precedit, non ſequitur, dixit teſtator, niſi rationes diligẽ
ter reddideris, liber ne eſto. Certe hoc nõ placet, qꝛ licet dictio ni-
ſi, in ordine vocis vel ſcripture precedat, tamen in ordine intelle-
ctus ſequitur. Dicendum eſt ergo ſic, ſi precedat oratio negatiua,
dictio niſi. ponit. Sed eſt aduertendum qꝛ quãdoqȝ per orationẽ
precedentem negatur actus, tunc dictio niſi ponit actũ, ita loqui-
tur hic. Quandoqȝ per orationem precedentẽ negatur potentia,
* tunc dictio niſi. ponit potentiam, non actũ. Ita loquit d. l. Titia.*
§. fi. quod enĩ ibi dicitur liber ne eſto, niſi rationes reddideris, hoc
eſt, liber eſſe non poſſis. niſi rationes reddideris, qꝛ tũc poſſis eſſe,
(liber, non quod nunc ſis) qꝛ potentiam ponit, ⁊ nõ actum. ¶ Et
per hoc reſpondetur ad queſtionem quã format gl. ibi. ⁊ dic argu.
qꝺ ibi notaui. ⁊ eſt tale, promitto non vendere iſtũ librum, niſi tibi,
qd importat iſta verba: Certe prima oratio negatiua negauit po-
tentiam: promitto non vendere, hoc eſt, ꝙ non poſſim vẽdere alij,
d niſi tibi, ergo dictio niſi. ponit potentiã, non ꝙ cogar[d] tibi vende-
☞ re, ſed cum velim vendere, vendam tibi, ⁊c. ¶ Quedam eſt dictio
exceptiua, que reſpicit terminos, ⁊ iſta eſt proprie prepoſitio pre-
ter. Exemplũ, lego tibi omnes libros meos preter Codicẽ. iſto ca-
2 ſu dic. j. Aut illud, cui apponitur dictio preter, cõprehendebatur
ſub generalitate precedentiũ terminorũ, ⁊ ponitur exceptiue, vt l.
nam ꝙ. §. fi. de pe. leg. ⁊ priuat. Aut non continebatur ſub genera
litate precedentiũ terminorũ, ⁊ non ponitur exceptiue, ſed magis
additiue, ſeu augmentatiue, ⁊ tunc ponit, vt l. Seio. §. vxori. de an-
nuis lega. Fallit in his que continerent odiũ, vt in c. duorum. extra,
de elec. ⁊ ibi no. p Inn. ⁊ ita debes intelligere hac materiã. ¶ Mo
do veniamus ad apparatum noſtrum. tex. hic dicit, non ſupeſt ali
qua actio, niſi de dolo. Quero de quo dolo loquitur hic. Pro cu-
ius declaratione debetis ſcire, ꝙ dolus cõmittit quãdoqȝ in ipſa
adminiſtratione, quandoqȝ in ipſa tranſactione, quandoqȝ cõmit
titur poſt tranſactionem, non ſeruando promiſſa. De primo dolo
loquitur gl. que eſt hic ſuper verbo tranſactũ ſit, de duobus ſequẽ
3 tibus loquitur precedens gloſſ. magna. ¶ † An autem in generali
tranſactione videatur remiſſus dolus, cõmiſſus in adminiſtratio-
ne: Gl. tangit hic, dicam plenius in l. ſub pretextu ſpecierum. j. eo.
dixi in l. Aurelio. §. fi. de lib. leg. tamen iſtã gl. vide ⁊ nota intellectũ
quem dat ad l. ſi quis rationes. de lib. leg. quia intelligit illã, quan-
do legatur liberatio adminiſtrationis iam facte. ⁊ vide glo. ¶ Se-
4 cundo committitur dolus in ipſa † tranſactione inducendo quem
per dolum ad tranſigendum, an tunc poſſit agi de dolo. Et omnes
communiter intelligunt quod ſic. ⁊ ita intellexit Azo. ⁊ vide gloſſ.
¶ Opp. contra hoc, ſicut dolus dans cauſam contractui bonefi-
dei. reddit contractum ipſo iure nullum, ita reddit tranſactionem
(liberationem) interpoſitam ſuper contractu bonefidei ipſo iure
nullam, vt l. de tutela. j. de in inte. reſt. ⁊ quod ibi not. Sol. vt dicã in
5 d. l. ſub pretextu. j. eo. ¶ † Tertio quero, quid ſi dolus eſt cõmiſſus
in non obſeruando promiſſa in tranſactione, an poſſit agi de dolo.
Placen. dicit ꝙ ſic, ⁊ ita intelligit hanc legem Azo cõtra Placen.
quod probat ſic, Actio de dolo nõ habet locum vbi habet locum
alia, vt l. j. §. verba. ⁊ §. ſi quis. ff. de dolo. ⁊ l. ij. j. de dolo. ſed hic da-
tur huic tranſigenti actio contra eum quem liberaui per accepti-
lationem, vt ſe in priſtinam obligationem reponat, ſcilicet condi-
ctio ob cauſam, vt l. ſi quis accepto. ff. de cond. ob cau. ergo non da
tur de dolo. Preterea, contractus trãſactionis de quo hic fit men-
tio, aſſimilatur contractui, do vt des, hoc eſt, libero te vt des pecu-
6 niam. ⁊ liberare † eſt dare. Cum ergo impleuit contractum ex par-
te ſua liberãdo, debet habere actionem preſcriptis verbis, vt ff. de
condi. ob cau. l. ſi mulier. ⁊ de preſcri. verb. l. ob eam cauſam. ⁊ l. na-
turalis. eod. tit. ⁊ per hoc ipſi damnant opinio. Plac. Quidam vo-
lentes ſuſtinere Placen. reſpondent ad obiecta, per rationem ſub-
tilem, ſic dicunt ipſi, in l. ſi quis accepto, datur cõdictio incerti, que
eſt generalis, que concurrit cum actione de dolo. Hoc non placet,
7 quia illa. l. j. eſt poſita in tit. de condi. ob cauſam. ergo † debet intelli-
gi de illa actione, vt l. Imperator. de in diem addict. no. in l. fi. C. de
condi. indeb. Alij ſoluunt, quod ibi remittebatur obligatio certa,
hic obligatio dubia. ⁊ vide gloſ. Quidam volentes ſuſtinere Pla-
cen. dicunt, quod iſta eſt vera ſol. quando debitum eſt certum, tunc
remittere, eſt dare, Ita loquitur ratio Azo, ſed quãdo debitum eſt
incertum. ⁊ dubium. tunc remittere non eſt dare, ſed eſt facere, ſcili-
cet deſiſtere ab agendo. Eſt ergo tunc contractus iſte tranſactio-
8 nis, facio vt des, id eſt, deſiſto vt des, ſed † ex facio vt des datur
actio de dolo, vt l. naturalis. §. quod ſi faciam. de preſcrip. verb. er-
go ⁊c. ⁊ hoc videbatur tenere Iacob. But. Mihi non placet, quia
tunc eſt verum, ꝙ ex facio vt des, datur actio de dolo, quando ex
facto meo nihil adeſt alteri parti, ſed quando aliquid ei adeſt ex fa
cto meo tũc datur actio preſc. verb. ſicut in do vt des, vt l. cũ mota.
j. eod. ⁊ l. ſiue apud acta. ⁊ ibi vide, ⁊ not. in d. l. naturalis. §. quod ſi
faciã. Sed in propoſito ex tali remiſſione parti aliquid adeſt, ergo
⁊c. Unde alij volẽtes ſuſtinere. Placen. dicũt ſic, ꝙ hic nõ fuit actũ
tantũ, vt acceptilatione liberetur, ſed in perpetuũ deſiſteret. ⁊ ideo
qꝛ iſtud deſiſtere in perpetuum non poteſt impleri per promitten-
tem, qꝛ ſemper poteſt agere, ſaltem de facto, ⁊ pena cõmitteretur,
vt l. vbi pactum. j. eo. ideo nõ habet locũ condictio ob cauſam, vel
preſc. verb. ideo dat actio de dolo. do. Cy. dicit, ꝙ iſta ſol. nõ eſt bo-
na, per l. ſi pecuniam. de condi. ob cau, ⁊ non dicit plus. Sed nõ cre
9 do ꝙ bene dicat, qꝛ in cõtractibus innominatis condictio ob cau
ſam habet duplicem originẽ. Uno modo ex penitẽtia, ita loquitur,
l. ſi pecuniam. de condictio. ob cauſam, ſed licet hoc ſit regulariter
in omnibus contractibus innominatis, tamen in tranſactione non
eſt locus penitentie, vt j. eo. l. quamuis. vnde l. ſi pecuniam. nihil fa-
cit ad propoſitũ, parcat mihi. Cyn. Secũdo modo habet originem
ex mora aduerſarij, nõ implentis pro parte ſua, vt l. de di. §. j. ⁊ ij. de
condic. ob cau. ſed hic nõ eſt in mora ille, qui non dat pecuniã pro-
miſſam, ꝙ apparet, qꝛ cum ille, qui promittit in perpetuũ deſiſtere,
non poſſit implere contractum ex parte ſua, non poteſt me conſti-
tuere in mora, vt no. s. tit. j. in l. j. in fi. mag. gl. ⁊ j. eo. l. ſiue apud acta.
vnde condictio ob cauſam ſecundũ iſtam tertiam ſolutionem, non
poteſt habere originẽ, neqȝ ex mora, neqȝ ex penitẽtia. Item actio
preſcriptis verbis, nõ oritur ei qui nõ impleuit contractũ ex parte
ſua, vt l. naturalis. §. j. de preſcriptis verbis. Conclude ergo ſecun-
dum iſtam iij. ſolutionẽ, quod procedit opinio Placen. dolo enim
facit qui pecuniã incontinenti non dat, qꝛ ſic videtur actũ. ¶ Que
ro, quid ſi ſuper dolo tranſactum ſit per dolum, an valeat tranſa-
ctio: Gl. dicit quod ſic, vt. l. j. j. de plus petit. ⁊ dic vt ibi dictum eſt.

ADDITIONES.

a ¶ Niſi. Adde de hac dictione niſi, ⁊ multis alijs priuatiuis, Oldr.
conſil. xlix. ⁊ de dictione preter, vltra Old. vide Ro. conſ. cccxviij.
b P. PAV. ¶ Dictione niſi. De ſignificatione huius dictionis
niſi, ⁊ dictionis preter. vide omnino Bal. in c. j. §. ſed ⁊ res per quẽ
fiat inueſt. Uide que ſcripſi. in l. ſi cũ §. qui iniuriarũ, ſi quis cautio,
c ¶ Dictio niſi ponit. Adde tu ꝙ contra Bart. videtur text. in l. Do-
uius. in prin. ff. de pe. here. vbi heres cui eſt mota queſtio heredita-
tis

tis,dicit text.ꝙ eſt pꝛohibitus alienare bona hereditaria niſi malit ſatiſdare,ergo dicemus poſſe alienare, ſi ſatiſdat, qꝛ pꝛecedit oꝛatio negatiua.⁊ tamen ibi dicitur,ꝙ etiã ſi caueat,non poſſit. Item videtur text.in regula,peccatũ.de reg.iur.lib.vj.vbi dictio,niſi, habet oꝛationem negatiuam pꝛecedentem,⁊ tamen non ponit,igitur ⁊c.Cogita ⁊ vide doct.in l.ſi cum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis caut.
* CLAVD. DE SEISS. ¶ D.l.Titia.de illius l.intellectu vide Bald.in c.cum nobis.de electio.
* IO. FR. RV. ¶ Non ꝙ cogar.Adde ꝙ contra Bar.tenet Bal. in c.cum acceſſiſſent.de conſti.cum quo ſimpliciter tranſit Iaſ.hic.

ALIA LECTVRA.

**A Ctione.** Actio extincta per acceptilationem non poteſt amplius intẽtari,ſed ſi in tranſactione dolus interuenit,agetur de dolo,niſi ſuper dolo ſit tranſactum.h.d.Et diuiditur.nam in j.po nit dictum.in ij.exceptio.in iij.ponitur exceptio exce-
10 ptionis.Secũda ibi,niſi de dolo.Tertia ibi,niſi ſpecialiter.¶ †No. ꝙ vbi oꝛatio negatiua pꝛecedit,dictio niſi,ponit,⁊ econtra vbi pꝛecedit affirmatiua,dictio niſi,negat.circa ꝙ vide que no.per Dy.in c.peccatum.extra de reg.iur.lib.vj.⁊ per Cy.¶ Quero,videtur hic ꝙ agitur de dolo,pꝛo quo dolo aduertatis,quod triplex eſt dolus. Quidam eſt dolus commiſſus in adminiſtratione ante tranſactionem,⁊ de iſto dolo loquitur gl.fi.poſt pꝛin.Quidam eſt commiſſus in ipſa tranſactione,qꝛ per dolũ inducitur quis ad tranſigendum. Quidam eſt dolus commiſſus poſt ipſam tranſactionem, qꝛ pꝛomiſſa in tranſactione non ſeruantur,⁊ de iſtis duobus dolis loqui-
11 tur in gl.magna,poſt pꝛincipiũ.¶ †Venio ad pꝛimũ dolum.Quero,ſi aliquis tranſegit,vtrũ per hanc trãſactionem videatur dolus remiſſus ante tranſactionẽ in adminiſtratione commiſſus:gl.fi.arguit pꝛo ⁊ contra,finaliter facit iſtam differentiam,ꝙ aliud eſt dicere,remitto tibi adminiſtrationem,quo caſu dolus eſt remiſſus,vt l. ſi quis ratione.ff.de lib.legat.aliud eſt dicere,lego tibi librrationẽ. argumentũ l.Aurelio.§.fi.ff.eo.de libe.leg.ſigna iſtã glo.⁊ not.eam.
12 ¶ †Pꝛopter hec verba quidã doctoꝛes ſumunt cautelã, ꝙ poſſit haberi modus pꝛo laudo,vt nõ poſſit reduci ad arbitrium boni viri,videlicet ꝙ partes pꝛomittant remittere, videlicet pꝛomitto nõ
a petere reduci laudum ad arbitrium boni viri,⁊ ex nũc[a] remitto,⁊c. Imo ſi aliquod ius,vel actio ꝯpeteret mihi etiã in futurũ ex nunc illud iuſ vel actionẽ tibi remitto,⁊ imponitur ſuper hoc pactũ per ſtipulationẽ,⁊ ſic iſto modo pꝛecluſa eſt via reducendi ad arbitriũ
13 boni viri.¶ †Quero de quo dolo loquatur gl.noſtra.Plac.intelligit hanc l.ꝙ loquatur de dolo cõmiſſo poſt tranſactionẽ,qꝛ nõ obſeruatur pꝛomiſſa.Hanc opi.repꝛobat,vt patet in ea.Secundo repꝛobat,qꝛ cũ eo poſſet agi,vt debitoꝛ reponat ſe in pꝛiſtinã obligationem,condi.ob cauſ.vt l.ſi quis accepto.ff.de cond.ob cau. videtur etiã competere de dolo actio.Pꝛeterea ſi nõ obſeruantur pꝛomiſſa,videtur competere actio pꝛeſcriptis verbis,vt l.naturalis.§. j.de pꝛeſc.verb.⁊ videtur non cõpetere actio de dolo, vnde ipſe intelligit de dolo cõmiſſo in ipſa tranſactione. Alij volẽtes ſuſtinere Pla.dicunt,ꝙ cõpetit etiã actio de dolo,vbi pꝛomiſſa non obſeruantur in certi cõdictione generali.que cõcurrit cũ actione de dolo,vt not.in l.ſi cum exceptione.§.eũ qui.ff.ꝙ met.cau. Iſta non eſt bona;qꝛ cũ iſta lex ſit in tit.de condi.ab cau.non eſt veriſimile ꝙ loquatur in condictione generali.Unde alij dicunt.⁊ iſtã videtur tenuiſſe do.Iaſ.ꝙ tunc eſt verũ,quãdo remitteretur liquidũ,Ita in-
14 telligit ipſe d.l.ſi mulier.†Sed vbi nõ eſt debitũ liquidum remittere eſt facere,vnde in caſu noſtre legis cũ debitũ nõ eſſet liquidũ,videtur eſſe cõtractus,facio vt des,ex quo oꝛitur actio de dolo.d.l.naturalis,§.ꝙ ſi faciã.Iſtud dictũ non videtur bonũ.tamen qꝛ in cõtractu facio vt des,vbi ex facto meo aliquid adeſt parti, nõ oꝛitur actio de dolo.Unde retẽto caſu legis noſtre,vbi adeſt aliquid parti,qꝛ adeſt liberatio,non habet locũ actio de dolo;ſed actio pꝛeſcriptis verbis.Tene opi.gl.ꝙ loquatur de dolo cõmiſſo in trãſactione.¶ Sed oppo.contra gl.que concludit,ꝙ actio de dolo habeat locũ ꝯtra eũ,ſicut dolus dans cauſam cõtractui bone fidei, annullat contractũ ipſo iure,vt l.iij.§.fi.ff.pꝛo ſocio. Ita quãdo dat cauſam diſtractui,puta tranſactioni, ille diſtractus non habet valere ipſo iure,vt l.de tutela.⁊ ibi no.in gl.j.de in integ.reſtit.Sol.vt ibi.⁊
15 no.iſtã gl.¶ †Ultimo gl.põderat iſtud verbũ niſi,⁊ inducit in arg. ad ea que no.l.ſi eũ.§.fi.ff.ſi quis cau.Unde aduerte,ꝙ quandoque oꝛatio negatiua pꝛecedit,⁊ negat actum,⁊ tunc dictio niſi,ſequẽs, ponit actũ.ita debet intelligi hec lex.Quandoque oꝛatio negatiua pꝛecedit,⁊ negat potentiã,⁊ tũc dictio niſi,ſequẽs, ponit potentiã. l.Titia.§.fin.ff.de ma.teſt.vbi glo.niſi reddideris rationes, liber neſto;licet dictio niſi,pꝛecedat quo ad oꝛdinẽ, veruntamẽ quatenus ad intellectũ ſecus,qꝛ tãtũ eſt dicere niſi reddideris rationes, quãtũ dicere ſic,nõ poſſis eſſe liber,niſi rationes reddideris.hec dictio
b niſi,ponit potentiã,quaſi dicat poſſis eſſe liber.Et iſta materia[b] facit ad queſtionẽ gl.poſite in d.l.eũ.Verbi gratia.pꝛomittis nõ ven-
16 dere†codicẽ tuũ, niſi mihi,an potero cogere vt mihi vẽdas: Certe nõ,qꝛ dictionẽ niſi,pꝛecedit oꝛatio negatiua,poſtea ſequitur dictio niſi,q̃ ponit,quaſi dicat poſſes vẽdere,nõ tamen poſſes cogi.Bar.

ADDITIONES.

a ¶ Et ex nunc.Adde,⁊ aduerte lectu,ad hanc cautelam,quia arbitroꝛ quod non obtineretur in pꝛactica, tum quia non puto eam Bart.tum per ea que ponit ipſe Bart.in l.Aurelio.§.Caius.ff.de libe.le.⁊ plures cautele ponuntur per Cepo.in ſuis cautelis, per quas impeditur petitio reductionis,quas vide in cautelis.
b ¶ Et iſta materia.De hoc vide per nouiſ.Papi.Inſt.de actio.§.j.

LEX V.

**C Um te.** Tranſactio ſine ſcriptura valet.hoc dicit.¶ Not.quod dicitur in ſummario. ¶ No.quod pꝛobatio per confeſſionem eſt ſufficiens,ſicut pꝛobatio per inſtrumentum.hic non ſunt alia,⁊c.

LEX VI.

1 ☞ Actio que per lit.conte.tranſit ad heredes,extinguitur,quãdo conuentione partium a lite diſceditur,⁊ num.ij.
4 Contractus innominatus,vt cognoſcatur, an inſpiciẽda ſit foꝛma conuentionis,an vero impletionis.
6 Stipulatio appoſita ſuper aliquo contractu,debet intelligi ſecundum naturam illius contractus,ſuper quo interponitur.
7 Si nõ ſeruat̃ trãſactio an agat̃ actione pꝛima,vel p̃ſcriptis verbis.
8 Actio pꝛeſcriptis verbis, datur a lege, qñ aliter ſubueniri nõ põt.
9 Conſenſu partiũ reſtaurari nõ poteſt,ꝙ conſenſu earũ non oꝛitur.
10 Actio non debet in libello inſeri.

**C Um mota.** Hec eſt ſubtilis,⁊ ſpeculatiua,⁊ vtilis lex, ⁊ eſt fundamẽtũ noſtre lectionis.breuiter h.d.Ad querelã extinctã nõ datur regreſſus,ſed ſi p̃miſſa nõ ſeruẽtur per actionẽ ex ſtipulatione,vel pꝛeſcriptis verbis ſuccurritur.h.d.Pꝛimo rũdet ad queſtionẽ,ſecundo dat conſiliũ.Secũda ibi,verũ ſi fides.¶ No.ꝙ dixi in ſummario.ſed in recitatione cõtrarioꝛũ colligã multa alia notabilia.Venio ad apparatũ.Et op.ꝙ querela pꝛeparata trãſit ad haredẽ.ff.de inoff.teſt.l.poſthumus.§.fi.⁊ l.ſeq.ſed erat pꝛeparata, qđ apparet ex tex.qui dicit,Cũ mota inofficioſi querela,⁊c.ergo trãſit ad heredes.Sol.gl.Iſta querela pꝛeparata fuit remiſſa per trãſactionẽ,ideo perinde eſt ac ſi pꝛeparata nõ eſſet.⁊ vide gl.j.Et nõ.ex hac ſolutione ꝙ dẽs leges que dicũt ꝙ per litis cõteſtationẽ actio
1 †ſit tranſitoꝛia ad heredes,hoc eſt verũ,niſi a lite cõuentione partiũ ſit receſſum,tũc enim extinguunt̃ etiã illi effectus per litis cõte-
a ſtationẽ inducti.hic eſt caſus,quẽ tene menti.[a] Et ſic debet limitari qđ dixi vobis in l.ij.de fruc.⁊ lit.expen.¶ Cõtra pꝛedicta opp.⁊ videtur,ꝙ nõ requiritur pꝛeparatio.vt l.ſi quis filium.j.de inoff.teſt. Sol.aliud hodie,aliud ſecũdũ tẽpoꝛa huius l.¶ Oppo.⁊ videtur, ꝙ ad q̃relã poſſit rediri.vt ff.de inoff.teſt.l.ſi inſtituta.in pꝛin.Sol.ſ. Per matrẽ,ſi viueret,poſſet rediri ad querelã,qꝛ ſibi cõpeteret,ſed per heredes matris,nõ poteſt rediri ad querelã.qꝛ ad eos nõ tranſit omiſſa pꝛeparatione per tranſactionẽ.iſta j.ſol.gl.eſt vera.⁊ vide eam.Alij dicũt,ꝙ fuit ibi renunciatũ ſub cõditione, hic ſub modo. Iſta ſol.vera eſt in ſe,ſed ꝯtinet diuinationẽ, ex eo ꝙ ibi ſimpliciter
2 loquitur.¶ Pꝛo huius ergo declaratione† eſt videndũ, quãdo ex verbis conuentionis nõ apparet,vtrũ quis recedat ſub cõditione, vel ſub modo,quid intelligatur in dubio exẽplum,conuentũ fuit vt ſi a lite recedere,dares centũ,que verba poſſunt intelligi cõditionaliter,vel ſub modo.(Doctoꝛes dicunt,ꝙ in dubio debet intelligi ſub modo,) vt l.quero.§.inter locatoꝛẽ.ff.loca ꝙ apparet ex eo, ꝙ ibi de exceptione dicit, que non eſſet neceſſaria,ſi intelligeretur cõditionaliter. Fallit quando cauſa in ſe de neceſſitate conditionẽ impoꝛtat,vt p̃mitto tibi centũ pꝛo dote.vt l.ſtipulationẽ.⁊ l.pꝛomittendo.ff.de iur.do.Ex iſtis colligitur ꝙ in l.ſi inſtituta.in dubio dꝫ intelligi ſub modo,ideo hec ſol.nõ eſt bona,ꝙ ibi ſub cõditione,
3 ⁊c.¶ Et iſta inducunt doc.Ultra non ad q.remitto† tibi actionem iniuriarũ pꝛo centum,vtrũ actio ſit ſublata antequã ſoluas centũ: Certe ſic,nã iſta actio cũ ſit ex delicto poteſt tolli per pactũ ipſo iure,vt l.ſi tibi.§.quidã.ff.de pac.⁊ l.ſi vnus.§.pactus.eo.tit.¶ Item iſta verba intelliguntur ſub modo ⁊ de natura modi eſt nõ ſuſpendere effectũ eius de quo agitur quin ipſo iure inducatur,vt l.demõſtratio.§.fi.cũ gl.de cõd.⁊ dem.⁊ l.quib᷒.dieb᷒.§.Termili᷒.e.tit. ¶ Sumus expediti de j.parte,veniamus ad ſecũdã,⁊ hec eſt multũ difficilis.Dicitur hic,ꝙ datur actio pꝛeſcriptis ver.Contra,hic fuit facio vt des,qꝛ fuit ꝯuentũ vt ipſa diſcederet a lite,⁊ acciperet partẽ bonoꝛũ,ergo datur actio de dolo,vt l.naturalis.§.ꝙ ſi faciã. de pꝛeſcrip.verb.glo.vero dicit,hec fuit dona.vt facio,non facio vt des,ꝙ apparet,qꝛ ſi reſpicis verba tex.pꝛius cõuenitur de dando, quã de faciẽ.dicit enim vt partẽ bonoꝛũ ſuſciperet,⁊ a lite diſcederet,licet fuit in faciẽdo pꝛeuẽtũ,qꝛ mater pꝛius receſſit a lite quam ſibi fuerit datũ.h.d.ij.gl.huius l.⁊ vlti.in pꝛin.⁊ vide eas.¶ Ut er-
4 go cognoſcamus† quis cõtractus innominatus ſit,debemus inſpicere foꝛmã conuentionis,magis quã foꝛmã impletionis, ſecũdum gl.hic poſitã,⁊ in lex placito.j.de re.permu.Ultra nõ.ſunt in ꝯtra-

ria opi.ꝙ inſpicitur forma impletionis magis quam cõuentionis,
⁊ ſum ſolit⁹ tenere quaſi idẽ,licet per alia verba ſcilicet ꝙ inſpicia-
mus vtrunqꝫ.Nã ſicut in cõtractu emptionis,⁊ vẽditionis,ex par-
te eius qui dat pretiũ dicitur emptio,⁊ ex parte eius qui dat rẽ di-
citur vẽditio.ita in cõtractu iſto innominato ex parte eius qui fa-
cit.dicitur facio vt des,ex parte eius qui dat dicitur do vt facias,
vnde remanet ꝙ hic eſt facio vt des,ex parte matris, ergo videt̃ ꝙ
debeat dari de dolo actio vt in ꝯtrario. Sol.lex cõtraria loquit̃ qñ
ex facto nihil adeſt cui fit,ſꝫ qñ ex aliqd adeſt, tũc hꝫ locũ actio pre
ſcrip.ver.ſicut ĩ do vt des.⁊ hic eſt caſus.Nã ex eo ꝙ a lite deſiſto,ti
bi adeſt liberatio,vt no.in d.§.ꝙ ſi faciã.dixi vobis in l.actiõe.§.eo.
¶ Ex his habes notare † ꝙ iſta verba ſuſcipere,recipere,⁊ ſimilia
debẽt intelligi iure dñij,ꝙ apparet, qꝛ perinde eſt ac ſi aliqd ſibi p-
mittere dare ſm gl.⁊ doc.de ſimilib.verbis dixi in l.ſi fundum certa
die preſtari.de verb.obl.que tene mẽti.Ante quã ego ſoluã iſtã gl.⁊
iſtud dictũ cõtra eã primo opp. ſi iſta verba importarẽt dationẽ,⁊
fuiſſet ĩterpoſita ſtipulatio,nõ ageret̃ ad intereſſe, ſed ageretur ad
ipſas res,vt l.vbi autẽ.in fi.de ver.obl.Sed hic dicit̃ ꝙ agitur ad in
tereſſe.ergo apparet ꝙ iſta verba ꝯtinẽt factũ, magis quã dationẽ.
⁊ vide tex.Dico gl.bene dicere in hoc.ꝙ iſta verba importãt datio
nẽ probo,qñ promittit̃ aliquid ſimpliciter,nec ponit̃ tradi,dari vel
preſtari.exẽplũ.promitto tibi fundũ,nec adijcit̃ fundũ dari,vel pre-
ſtari.vel fundũ tradi,intelligit̃ de datione,vt eſt tex.in l.ſi ita.§.j.de
cõtrahẽ.emp.ſed hic ex parte ei⁹.q obligat̃ non fuit appoſitũ aliqd
verbũ,ſed dixit,tu recipies fundũ,vel bona, ſed ex parte eius,q de-
bebat recipere.ergo debet intelligi ꝙ obliget̃ ad dandũ.Ad cõtra-
riũ in eo ꝙ dicitur id ꝙ intereſt,reſpõdetur duob.mod. Primo ſic.
in id ꝙ intereſt,vt exponamus.i.ideo qꝛ intereſt, petant̃ ipſa bona,
vel aliter,⁊ melius,⁊ magis placet.In promiſſione ſimplici de dan
b do,procedit cõtrariũ,ſed qñ ſtipulatio † de aliquo dãdo interponi-
c tur ſuper aliquo cõtractu[b] debet intelligi ſecũdũ naturã illius con
d tractus,[c] ſuper quo interponit̃,[d] vt ff.de vſur.l.ſi ſtipulatus.⁊ l.dãni
infecti quidã.in princ.de dam.infec.⁊ l.v.§. ꝯuẽtionales.de ver.obl.
Modo cũ hic fuerit ſtipulatio interpoſita ſuper iſto cõtractu in-
nominato,aſſumit naturã ipſius cuius natura hec eſt,vt dari ſit in
obligatione.agat̃ ergo ad intereſſe,vt l.naturalis.§.j.de preſcr.ver.
habuiſtis no.in l.j.ĩ.de ſent.que pro eo ꝙ intereſt. ¶ Op.vlteri⁹ in
7 gl.⁊ videt̃ ꝙ ſi nõ ſeruat̃ fides,debeat agi actione prima,vt §.tit.j.l.
cũ pponas.la.ij.Gl.† dat hic duas ſo.Prima,ꝙ ſpeciale eſt hic fa-
uore filiorũ,⁊ cũ eis nõ detur querela,qꝛ omiſſa fuit pparatio,⁊ iſta
ſol.põt eſſe bona,vt dicã.Alij dicũt.ꝙ hic ſpeciale odio qrele,nam
ſicut obligatio ex maleficio per pactũ tollitur ipſo iure,ita querela
per pactũ tollit̃ ipſo iure,iõ ad eã nõ põt haberi regreſſus.So.iſta
nõ eſt vera:nã ſecũdũ hoc etiã ſi ipſa mater viueret nõ poſſet habe-
re regreſſum ad querelã.ꝙ eſt ꝯtra.l.ſi inſtituta.ff.de inoff.teſt.Di-
cendũ eſt ergo,ꝙ hic ad primã actionẽ nõ põt haberi regreſſus.qꝛ
ſublata per mortẽ matris.⁊ ſic ꝯtractus innominat⁹.ſ.vt a lite de-
ſiſteret, videt̃ implet⁹ ex parte heredis matris,merito datur actio
preſc.verb.⁊ hoc innuit precedẽs ſol.dñ dicit, ſpeciale eſt fauore fi-
lioꝝ.⁊ vide gl.iſtud nõ videt̃ bene dictũ,qꝛ iſta verba,vt a lite deſi-
ſteret,vel diſcederet,deberẽt intelligi diſcederet in ppetuũ,vt l.ſer-
uus.§.de pac.⁊ l.ſi pact⁹.ff.de pact.ergo ex parte matris, vel here-
8 dũ eius,nõ põt impleri,qꝛ ſaltẽ de facto poterit ad litẽ redire, vt l.
vbi pactũ.ĩ.eo.⁊ habuiſti no.§.eo.l.actione.Concedo cõtrarium,†⁊
ideo dico.ꝙ iſta actio preſcr.ver.nõ oritur ex iſto ꝯtractu innomi
nato,tanq̃ impleto a matre,vel eius heredib.ſed dat̃ a lege abſque
aliqua matris obligatione,vel contractu.⁊ hoc eſt qd dicit tex. dũ
dicit ibi danda.dicit gl.a lege,lꝫ ergo alias natura actionis preſcr.
verbis ſit ꝙ oritur ex ꝯtractu,vt l.iuriſgentiũ.§.j.ff.de pac.tamen
hic nõ orit̃,ſed a lege producit̃ ſine matre.Dicit ergo iſto caſu, iſta
actio datiua,non natiua,⁊ iõ dat̃ iſta actio, qꝛ alio modo iſtis filijs
ſubueniri non põt,⁊ hoc voluit dicere gl.ibi ſpeciale.i. pro filijs.⁊c.
9 ¶ † Sed cõtra hoc inſiſto.imo videtur ꝙ poſſit ſibi ſubueniri per
condictionẽ ob cauſam,vt ſe reponat in priſtinã obligationẽ,vt l.ſi
quis accepto.de cõd.ob.cau.Solue duob.mod.primo ꝙ hic cõdi-
ctio ob cau.nõ cõpetit,qꝛ impoſſibile eſt,ꝙ quis ſe in priſtinã obli-
gationẽ reponat.Cũ enim querela ex cõſenſu partiũ nõ oritur,non
poſſet ex cõſenſu partiũ reſtaurari, vt l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pac.
Pet.cõtra iſtã ſol.dicit,fateor ꝙ nõ põt reſtaurari,ſed qꝛ põt pati
ſe de facto ꝯueniri.vt l.Iul.§.quãtũ.ff.de exhibẽ.hoc nõ placet,pri-
mo per iſtã l.q̃ videt̃ velle,ꝙ iſta actio vtilis preſcrip.verb.detur in
ſubſidiũ.ſecũdo qꝛ nulla lex dicit,ꝙ ego poſſum agere cõtra aliquẽ
vt patiat̃ ſe cõueniri de facto.ſed põt quis ſi vult ſua ſpõte ad eua-
dendũ illã actionẽ.Ita loquit̃.d.l.Iul.§.quãtũ aũt. facit de ali.iud.
mu.cau.fac.l.iij.§.fi.Vel dic ꝙ cõdic.ob cau.nõ põt habere locum,
neqꝫ ex penitentia,que nõ habet locũ in trãſactione,neqꝫ ex mora,
qꝛ cũ nõ ſit implet⁹ cõtractus ex parte heredũ,vt dixi.§.eo.l.actio.
de neceſſitate ergo recurritur ad actionem preſcript.ver.datiuam.
¶ Itẽ ꝯtra iſtud opp.⁊ videtur ꝙ iſto caſu, ſit dãda actio de dolo
contra eũ,qui nõ ſeruauit fidẽ,vt dixi in l.actione. §.eo. Suſtinẽdo
opin.Plac.ſol.ibi ille qui de dolo volebat agere,ex parte ſua fecit
quicquid potuit,qꝛ liberauit p acceptilationẽ , ⁊ Aquilianã ſtipu-
lationẽ,hic vero hoc non fecit,licet liberatio ſit ſecuta per mortem
matris,tamen hoc fuit caſu magis quam facto ſuo,⁊ nõ poteſt ita
dolus aduerſario impingi,merito recurritur ad actionẽ preſcript.
ver.datiuã.Iſta eſt vera lect.que mihi placet.Poſſemus etiã dice-
re,ꝙ hic loquit̃ de actione preſcri.verbis natiua,q̃ oritur ex cõtra-
ctu innominato.⁊ qd hic dicitur in tex.vtilis,expone.i. efficax.⁊ vi-
det̃ hoc velle quedã gl.ſuper verbo,vtilis.ꝙ ĩ.dicitur dãda eſt.ſ.a l.
ex natura cõtractus preãbuli,vt ſic ſit natiua,nõ datiua,vt l.iuriſ-
gentiũ.§.j.ff.de pac.Et ſi tu dicis,qñ hoc cum hic nõ ſit impletus
cõtractus ex parte matris,⁊ heredũ,reſpõdeo ꝙ hic fuit cõuentũ,
vt diſcederet a lite preſenti,renũciando ei,⁊ hoc fuit expreſſum,vn-
de per illã renunciationẽ contractus videtur impletus.Precedẽs
tamen lec.videtur magis ſubtilis,⁊ magis applaudit litere,ꝙ tene
10 menti.¶ Vltimo no.† ex hac lege tu inuenis ꝙ actio nõ debet in-
ſeri in libello,qꝛ actio ex narratione facti apparet.⁊ vide tex.ibi,vti
lis,⁊ vide gl.ſuper ver.vtilis,dixi in l.edita.§.de edendo. Itẽ quidã
inducunt iſtũ text.ꝙ actio eſt factum,qꝛ res ipſa geſta eſt actio:ſed
truffa eſt , ⁊ eſt opi. Vltramon . qꝛ tex.dicit Inſtitu.de actio.§.j.in
prin.ꝙ eſt ius,ideo nõ curo.de quo per Cyn.in l.edita actio.de edẽ.

ADDITIONES.

a ¶ Tene menti.Adde ſecundum Ange.tex.in l.j.ff.de priua.delict.
⁊ gl.in l.j.ĩ.de preſcr.long.tem.per Abba.in ca.cauſam.el j.extra.de
teſta.per Bene.de Plumb.in l.ij.ne de ſtatu defunctorum.
b STR. ¶ Super aliquo contractu.Et quod ſtipulatio interpoſi-
ta ſuper aliquo contractu intelligatur ſecũdum eius naturam.ad-
de eundem Barto.in l.ſi quis cum aliter.ff.de verb.obli.⁊ Alexan.
in conſil.lxxvj.in prin.in v.vol.⁊ Nouiſſimos in repeti.cap.j.de iud.
c IO.FR.RV. ¶ Naturã illi⁹ contractus.Adde Bar.in l.ij.in fi.ĩ.
de cõd.ob cau.vbi videt̃ cõtrariũ velle ei⁹ qd tenet hic. Sol.vt ha-
bes per Alex.in l.ſtipulationes nõ diuidũtur.in prin.ff. de ver.obl.
d POMA. ¶ Interponit̃.Stipulationẽ interpoſitã ſup aliquo con
tractu debere intelligi ſecundũ naturã ei⁹ cõtractus ſuper quo in-
terponit̃,⁊ imo ſi apponat̃ ſuper contractu innominato,debere re-
gulari ſecũdũ eius naturã. Contra etiã huic dicto videt̃ obſtare il-
lud,qd dicit Bar.in l.ij.ĩ.de cõd.ob cau.qd raro hodie in inſtrumẽ
to publico eſt dare cõtractus innominatos,qꝛ notarij ſup illis ap-
ponũt ſtipulationes,quaſi tunc,vt ipſe ibi ſentit,ſit recurrendũ ad
cõtractus innominatos,⁊ ſic nõ eſſet verũ id,qd ipſe hic dicit.Sed
pro hoꝝ declaratiõe vide Alex.in l.j.in fi.ff.de pac.⁊ in l.ſtipu.ff.de
ver.obl.in xj.op.Bar.Intellige autẽ hoc verbũ ꝙ ſtipulatio debet
ſapere naturã ꝯtractus,pcedit iſta regula qñ ſuper vno interponi
tur,ſup quo fuit interpoſitus, ſecus ſi ſuper diuerſo. Ita Imol.in
l.iiij.§.Cato.in vj.opp.Bar.declarat.de verb.obl.qd dictũ ibi excla
mat Aret.intellige etiã hanc regulã, ꝙ ſtipulatio ⁊c.vt non detur
in plus quã dabatur primus cõtractus,videtur ꝙ lõgioris ſit vite
non autẽ ꝙ nõ poſſit primũ contractũ fortiorem reddere.Ita dicit
egregie Imo.in l.miles.§.decem.ff.de re iudi.per illũ text.⁊ ad hoc
vide etiã Imo.in l.ſi ita quis.§. Seia.ff.de verb.obli.vbi vult hanc
regulam habere locum,etiam ſi ſtipulatio eſſet conditionalis,⁊ in-
terponeretur ſuper contractu puro.⁊ vide Alex.conſi.lxxvj.vol.v.

ALIA LECTVRA.

Cum mota. Vbi querela eſt extincta per tranſ
actionẽ a modo nõ põt agi prime-
ua actione, vel ex ſtipulatione, ſed ſi ſtipulatio interceſſit
agitur ad intereſſe:alias agitur preſcr.ver. ¶ Oppo.dicitur hic ꝙ
heredibus huius matris non competit querela.contra cum fuerit
preparata querela,qꝛ dicit tex.cũ mota,ꝙ debeat cõpetere hered.
vt l.poſthumus.§.fi.ff.de inoffi.teſt.Sol.gl.ꝙ hic non competebat
heredibus quia fuit remiſſa,ſeu ſopita per tranſactionem.Iſta ſol.
eſt no.qꝛ ſicut effectus preparationis perditur per tranſactionem
ſi poſt lit.conteſt.interceſſit tranſactio,puta per lit.conte.actio ef-
ficitur perpetua ad heredes trãſitoria,iſte effectus perditur ſi trã-
ſigatur. ¶ Itẽ op.de l.ſi quis filiũ.ĩ.de inoff.te.So.vt in gl.j. ¶ Itẽ
opp.dicitur hic ꝙ querela iterum intentari nõ poteſt cõtra de l.ſi
inſtituta.ff.de inoffi.te.Gl.dat duas ſol.Prima eſt ꝙ per matrẽ po
teſt intentari,nõ per heredẽ,vt hic Iſta ſo.vera.Aliã ſo.dat glo.ꝙ
ibi fuit renunciatũ ſub cõditione per heredem,hic ſub modo. Iſta
eſt vera in ſe,tamẽ non quatenus ad l.naturam.qꝛ eſt diuinare. Ex
hac ſol.collige,ꝙ vbi remittitur actio ſub aliqua cõditione ea nõn
exiſtente,non dicitur actio extincta ſed remanet,⁊ intentari põt vt
hic,⁊ hec vera,⁊ ibi apparet.Sed quid in dubio.Pone remitto ti-
bi actionẽ meam pro centũ,nunc queritur,an ſit ſub cõditione vel
ſub modo,videtur ꝙ ſub modo.l.quero.§.inter locatorem.ff.loc.cir
ca fi.cõtra iſtud eſt l.promittendo.⁊ l.ſtip.ff.de iure do.potes ibi di
cere,ꝙ ibi fallit in promiſſione dotis,⁊ ratio eſt,qꝛ promittere cen-
tum nomine dotis nõ põt ſine hoc,quin matrimoniũ cõtrahat,ſed
remittere tibi actionẽ meã, hoc poteſt eſſe ſine eo ꝙ det tibi centũ,
⁊ ideo in precedẽti intelligitur ſub cõditione in iſto ſequẽti ſub mo
do.† Ex

13 do.†Ex hoc collige ſi remitto tibi iniuriā pro centū.ꝛ nō des mihi centū,actio iniuriarū non pōt amplius intētari. ¶Itē op.ꝛ ſum in gl.ſi.magis vr̄ ꝙ hic fuerit contractus,facio,vt des,vbi vr̄ ꝙ debeat actio dari de dolo.vt l.naturalis.§.ꝙ ſi faciā.ff.de preſcri.ver. Sol.ꝙ hic fuit cōtractus.do,vt facias non facio,vt des probatur ex ordine tex.cū dicit,bonoꝝ partē.Iſta eſt rō huius glo.Ex qua no.ꝙ ad cognoſcendum quis cōtractus ſit,inſpicitur forma conuentionis,nō forma implementi.Idē ſentit glo.hic,ꝛ in l.ex placito.j.de re.permu.Uerum eſt ꝙ d.Bartolutius eſt ſolitus dicere, ꝙ ex parte,eſt facio vt des,puta in pſona matris,ex alia parte poteſt eſſe do,vt facias,do partem bonorum,vt deſiſtas. Sed cōtra iſtud op.q2 ſi ex parte matris eſt contractus facio vt des ergo vr̄ cōpetere actio de dolo.Dic ꝙ ipſe bn̄ dicit,ratio q2 ex iſto pacto vt velit deſiſtere alteri,adeſt liberatio.quo caſu debet dari preſcr. ver.nō de dolo.¶Itē op.de l.cū proponas.ſ.ti.proxi.gl.dat duas ſo.Prima eſt licet ſit ſecūda in glo.ꝙ ſit ſpeciale rōne querele,que tollitur ipſo iure.Iſta ſo.non videtur vera,q2 ſm hanc ſo.concluditꝙ etiam mater non poſſet ipſam intentare ꝙ eſt falſum,vt ſ.dixi.Unde gl.dat aliam ſolutionem,ꝛ iſta eſt prima in gl.vt ſpeciale pro filijs,ꝛ iſta eſt vera.¶Sed inſtatur,ꝛ vr̄ ꝙ poſſit agi cōdictione ob cauſam,vt fiat reſtitutio in priſtinā obligationē,vt l.ſi quis accepto tulerit.ff.de cond.ob cau.Quidā dixerunt contrarium,q2 patitur agi,ꝛ patitur conuētus ſe poſſe condēnari.Iſta nō eſt vera.Unde dices cum querela tollatur ꝑ pactū,ſicut ꝛ actio iniuriarum,ꝛ furti,non pōt agi,vt fiat reſtitutio in priſtinā obli.ꝛ q2 ſicut actio furti,ꝛ iniuriarum nō oritur ex pacto,ſed ex cōtumelia,vt l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pac.ita per pactū ſequens non reſuſcitatur actio iniuriarū,nec furti,neq3 in querela pōt peti ꝙ fiat repoſitio in priſtinam obligationem.¶Item op.de l.actione.ſ.eo.q2 debet agi actione de dolo.Sol.ne ꝙ ibi loquitur de actione de dolo cōmiſſo in tranſactione hic de dolo cōmiſſo poſt tranſactionē, q2 nō obſeruantur promiſſa.¶Item op.ꝛ videtur qđ poſſit agi preſcri. ver.q2 ille qui agit,impleuit cōtractus ex parte ſua.d.l.naturalis per totum.Sed retento themate ex parte matris,ꝛ heredum ſuorum non poteſt impleri contractus ex parte ſua, q2 ſi non agunt hodie,agent cras,ꝛ poterunt agere etiā de facto.vt l.vbi.j.eo.Gl. que incipit,danda.ſ.a lege fatetur cōtrarium;q2 eſt verū,ꝙ vbi cōtractus poteſt impleri,actio preſcr.verb.ſi contractus impletur, eſt natiua,ꝛ preſupponit obligationē,vt l.iuriſgētiū.§.j.ff.de pac. ſed vbi non poteſt impleri contractus actio preſcriptis verbis dicitur datiua.Ita debet intelligi iſte tex.ꝛ gloſ.que dicit.ſ.a lege.

LEX VII.

a **TRanſactionis.** Procurator ad litem non pōt tranſigere[a]. h.d.¶Opp.de l.procurator cui generaliter libera.ff. de procu.Solu.quod hic dicitur,fallit in tribus caſibus,qui ponuntur in glo.alias quod quis poſſit tranſigere,requiritur ſpeciale mandatum,vt hic.ꝛ l.mandato.ff.de procura.

ADDITIO.

a P.PAV.P. ¶Non poteſt tranſigere.Item nec cōpromittere ſed requiritur ſpeciale mandatum pro quo eſt,ꝛ eius declarationem vide per Pau.conſi.lxxvij.poſt prin.

LEX VIII.

**DE alimentis.** Hec lex ponit duas regulas,ꝛ nō eget ſummario. ¶Op. de l.cū hi.§.plane.ff.eo.ſol.Ibi de alimentis debitis ex cōtractu.hic ex vltima voluntate debitis. In qua diſtingue.vt hic dicitur.ꝛ plene tractatur per Iuriſconſul.in dicta l.cum hi.per totam.l.ff.eodem.

ALIA LECTVRA.

1 Tranſactio ſuper alimentis preteritis valet.

2 Super alimentis futuris cognoſcitur ſummarie,ſecus ſuper preteritis.

**DE alimentis.** Tranſactio facta ſup alimētis preteritis,valet,ſuper futuris non valet. ¶Quero de ratione diuerſitatis iſtoꝝ.

1 Ratio eſt,† q2 alimenta preterita nō ſunt neceſſaria,ſicut futura. Nam ſi alimenta relaxētur,quis poſſet mori fame que rō ceſſat in

2 preteritis.Iſta ratio eſt no.ꝛ d.Ia.no.eā ad alia.ſ.ꝙ ſuper † alimentis debet cognoſci ſummarie vt l.ſi quis a liberis.§.ſi vel parens. ff.de li.agno.ꝛ l.iij.§.cauſe.ff.de Car.edi.intelligit ipſe,ꝙ hoc ſit ve

a rū in alimentis futuris[a],in alimētis preteritis non.Eodē modo dicit ipſe,ꝙ licet de alimentis poſſit cognoſci diebus feriatis.l.ij.de ferijs.intelligit de futuris.Itē op.de.l.cū hi.§.plane.ff.eo. Sol.qđ ibi loquitur in debitis inter viuos,hic de alimētis debitis in vltima voluntate.Quero de rōne.Ratio eſt iſta q2 obligatio ex ꝯtractu inter viuos,reſpicit vel tempus preteritū,vel preſens,ar.l.ſi Stichum.§.ſtipulatio.ꝛ qđ ibi no.ff.de verb.obl.Sed obligatio ex vltima voluntate,reſpicit tempus futurum,ſicut alimēta,ꝛ ideo,dicit ipſe,cum debeantur alimenta ex vltima voluntate,que reſpicit tempus futurum,quod tranſactio non valeat.

ADDITIO.

a ¶Futuris.Adde Albe.in l.cum hi.ff.eod.in prin.ꝛ Pet.de Anc. in Clemen.j.de iure patro.ꝛ Fran.de Are.in conſi.xcvij.

LEX IX.

* **SI ſuper.** Breuiter dicit.Ualet trāſactio,* etiā ſi nil ad partē ꝑuenerit,ſi tamē potuit peruenire.ꝛ pactū trāſac.etiā in actionib.realibus exceptionē inducit.h.d.¶Opp.de.l.tranſac.j.eo.Sol.licet hic aliquid nō peruenerit ad actorē,tamen potuit peruenire,vt dixi in ſummario.ꝙ not.¶No.etiam quod dixi per pactum contra actionem in rē paratur excep.¶Not.etiam ꝙ contractus tranſactionis poteſt fieri conditionaliter,vt ſi intra diem ꝛc.tangam.j.eo.l.ſiue apud act.ꝛc.

ADDITIO.

* CLAVD. DE SEISS. ¶Ualet trāſactio.* Uide ad intellectum ꝛ confirmationem id quod dicit Bal.in l.iij.circa fi. C.de repud.hered.vbi decidit ꝙ ſi ex cauſa tranſactionis promiſi tibi decem ſub conditione, ꝛ deficiat conditio, quod non poteris agere, licet nihil.dem.

LEX X.

1 ☞Exceptio tranſactionis iuriſiurandi,ꝛ rei iudicate impediunt litis ingreſſum.

a **FRatris.** [a]Breuiter dicit,Tranſactionis exceptio impedit lit.conte.h.d.Not.ꝙ exceptio tranſactionis ꝛc.vt dixi in ſummario.¶Not.generalius,ꝙ omnis exceptio que eſt inducta vt ſit litium

1 finis,impedit lit.conte.† de exceptione tranſactionis probatur hic, de exceptione iuriſiurandi probatur in l.j.de iurei.de excep.rei iud. probatur in l.j.ff.de re iud.merito iſte tres exceptiones impediunt lit.conteſt.vt l.eleganter.§.ſi quis poſt.ff.de condi.indebi.ꝛ ibi not. Idem poſſumus dicere de exceptione preſcriptionis, vt l.fin.pro ſuo.Dicam de preſcrip.long.tempor.l.emptor.ꝛc.

ADDITIO.

a ¶Fratris.Adde ꝙ Bald.in additione ad Spec.in titu.de ſuc.ab inte.dicit ꝙ valet tranſactio inter fratrē legitimū ꝛ ſpuriū, per hāc l.inquantum autem alex.dicit ꝙ ſtante ſtatuto quod omnis cauſa inter coniunctos debeat compromitti,non haberet locum vbi opponeretur exceptio litis finite vel alia impediens litis ingreſſum. Adde Petr.de Ancha.conſi.clxxxiij.Bal.conſi.cxciij.iij.lib.

LEX XI.

**DE fideicommiſſo.** Hec eſt pulchra l. In ſumma breuiter dicit.Fideicōmiſſum inter fratres poteſt remitti,nec

a ex hoc dicitur minor ledi,[a] licet ex caſu ſibi poſſet eſſe damnoſum, hoc dicit.Iſtam l.habuiſtis.ſ.titu.j.l. cum proponas, ꝛ facit iſta not.lex ad illam.q.quam dixi tibi.ſ.in j.conſtit.C.

ADDITIO.

a P. PAV. P. ¶Ledi.limita ſingulariter iſtam regulam,niſi attento veriſimili euentu futuro magis eſſet veriſimile quod in fauore vnius deberet euenire caſus fideicommiſſi,q2 ille non poterit euenire per hanc reciprocam remiſſionem,etiam ſi interueniret decretum iudicis,tanquam leſus poſſit reſtitui.vide Comen.conſi.cxiij. incip.Anto.in ij.dubio.Item vide pro iſta regula que ſcribit Iaſ. in l.pater puelle.C.de inoffi.teſt.

ALIA LECTVRA.

**DE fideicommiſſo.** Ius fideicōmiſſi poteſt remitti per pactum,ꝛ tranſactionem.h.d. Quero de ratione dubitandi. Dic vt in gl.¶Item not.bene hanc l.ꝙ ſi pupillus,vel minor.vel authoritate tutoris,vel curatoris,faceret pacem cum inimico ſuo,

a quod non videtur [a] concedi beneficium reſtitutionis in integrum, vt poſſit contra pacem venire,per rationem huius legis.

ADDITIO.

a ¶Quod non videtur.Adde Dyn.in d.l.diuus.ff.ad Syllania.ꝛ ibi Ray.de Forli.in apoſt.Iac.de Aret.in l.j.j.in quib.cauſ.in inte.reſt.non eſt neceſſ.ꝛ per Gul.de Cu.in l.ſi pro fure.ff.de condi.furt. Et etiam hic addē que ponunt Bal.ꝛ docto.in l.pactum curatoris.ſupra de pactis.

LEX XII.

1 ☞Adminiſtrator vniuerſitatis quando,ꝛ quod debitum remittere poſſit,ꝛ de ambitione,nu.2.

3 Poteſtas ciuitatum,non poteſt remittere debitum ciuitatis, ſine conſenſu conſilij.

4 Adminiſtrator vniuerſitatis, dicit̄ habere liberā adminiſtrationē.

5 Decreta ambitioſa non ſunt nulla ipſo iure,ſed reſcinduntur per ſententiam.

a * 1 **PReſes.** [a]Adminiſtrator * vniuerſitatis vel ciuitatis poteſt de re dubia trāſigere,nō liquidū debitum remittere.h.d.¶Opp.j.de vſu.l.aduerſus.† Du

cõ gl.ſol.vt ibi.Certe ibi non fuit aliquid remiſſum per pactū,ſed
per adminiſtratorū negligentiā currit preſcriptio. ¶Quero,qđ
b in alijs adminiſtratoribus[b] aliarū vniuerſitatū.Gl.dicit idē,ꝛ bñ,
vt ſ.ti.j.l.pactū curatoris.¶Querit gl.qđ ſi debitū liquidū remi-
ſit,non tñ ambitioſe,ſed qꝛ erat debitū odioſum,an valeat:Gl.vñ
dicere ꝙ ſic.Pla.cõtra per l.pactū.ſ.tit.j.Et iſtud cõiter tenēt oēs
doc.ꝛ gl.etiā hoc vñ tenere.ff.de pac.l.Imperatores.¶Ad rõnes
gl.rñdeo.Non ob.hic tex.dum dicit ambitioſe,qꝛ intelligo qđ fiat
2 ambitioſe.†quicquid non iure fit.Non obſtat l.interdū.§.qui tute
lam.ff.de fur.ꝛ l.ſi pignore.§.fin.qꝛ ibi debitū non fuit liquidū.Ita
intelligit gl.in l.pactū.ſ.ti.j.Non ob.de iniur.l.ſed ꝛ ſi vnius.§.j.qꝛ
ibi nō remittit actionē,ſꝫ impedit eius natiuitatē,vt no.d.l.pactū.
3 ſ.ti.j.¶Quero,vtrum Poteſtas†huius ciuitatis pōt remittere
debitum ſine conſenſu conſilij.Breuiter dico ꝙ non,vt l.prohibe-
4 re.§.plane.ff.ꝙ vi aut clam.not.ff.de pac.l.item magiſtri.¶†Vlti-
mo no.duo.Primō quod iſti adminiſtratores vniuerſitatis dican
tur habere liberam adminiſtrationē quod patet ex eo ꝙ poſſunt
tranſigere quod alias non poſſunt vt ſ.eo.l.tranſactionis,ꝛ l.man
5 dato.ff.de procu.Secundō †no.quod decreta ambitioſa debēt re-
ſcindi per ſententiam,nec ſunt ipſo iure nulla.quod dic vt dixi in l.
ambitioſa.de decre.ab ordi.fac.ꝛc.

ADDITIONES.

a ¶Preſes.Adde de hoc,vt ꝑ Ro.cõſi.l.de prelato,an poſſit trā-
ſigere ſuper legato facto,ꝛ illud remittere,vide Fede.conſi.ix.Ro.
conſi.clxxxiij.ꝛ quid de abbatiſſa mōnialiū per Pe.de anch.conſi.
cxxxv.ſcias etiam ꝙ Pau.de ca.hic dicit quod in prelato tranſigē
te ſup re eccleſie ſufficit ꝙ res ſit dubia,abſqꝫ alio decreto,ꝛ hoc
dicit notandū.Sed tu dic ꝙ contrariū voluit Fede.conſ.xciij.vbi
dicit,ꝙ iura ſatis operantur,vt vigore tranſactionis res prohibi-
ta alienari,tranſigendo poſſit alienari,abſqꝫ eo ꝙ trāſigat ſine ſu
perioris authoritate.Et hoc idē refert,ꝛ ſequitur Abb.conſ.lvj.j.
lib.ꝛ conſi.lxij.ibidē de patre tranſigente ſuper bonis filij in qbus
habet vſumfructū Bal.conſi.cclxxx.dicit conſulo ꝙ fiat authori
tate iudicis.De matre tutrice filiorū,ꝛ trāſigēte vide Ro.cõſ.clxj.

* CLAV.DE SEISS. ¶Adminiſtrator.Ad materiam vide
Alex.conſi.xxij.vol.j.Barb.conſi.vij.vol.j.

b P.PAV.P. ¶Adminiſtratoribus.Vide oĩo Rom.cõſ.xc.ꝛ com.
conſi.clxxviij.in prin.vbi loquitur de magiſtris monetarum ꝙ nō
poſſint facere reſtaurū theſaurario ſi de iure non venit fiēdū.Et ſi
militer de tutore,ꝛ curatore,qꝛ de liquido nō pōt ſed de dubio,vi
de per Comen.cõſi.cxiij.in ij.dubio.Et ad tranſigendū ſufficit ge
nerale mandatum cū libera,ergo etiā ad compromittendū,qꝛ eſt
quedam trāſactio vide ſ.in l.tranſactionis,qꝛ ibi ſcripſi.Adde tñ
quod facta ſemel,ꝛ concluſa ratione cū eis,ſi confiteantur aliqd
non debet amplius retractari,vt ibi per Comen.in ij.dubio.habes
in l.bene a zenone.de quadri.preſcrip.ad Bart.An autem tutor,
vel curator poſſint cōpromittere de iure vel de facto in arbitrato-
rem in cā pupilli,vide Iaſ.in l.iuriſgentium.§.hodie.ff.de pact.Et
ibi etiam quid ſi ſtet ſtatutum ꝙ debeat fieri compromiſſum,qđ
tunc poſſit.Idē de hoc tenet Bologni.in addi.ad conſ.xlviij.Io.
de Ana.Item ꝙ lꝫ iſti adminiſtratores habeant mandatū cum li
bera a lege,ꝙ tñ debilius ſit illud mandatū quā ſi haberetur cum
libera ab homine vide Iaſ.in l.j.in v.notabi.ff.de of.pcu.ceſar.De
tutore etiā ꝛ curatore quomodo poſſint tranſigere,vel cōpromit-
tere,ꝛ an decretū ſit neceſſariū vide Iaſ.in l.ij.in v.no.ff.de of.eius.
Et habes ad Bar.in l.magis puto.§.ne poſſim.ff.de reb.eo.ꝛ alia
quomodo poſſint tutores,vel curatores de bonis minorū diſpone
re.Itē ꝙ iſti adminiſtratores ſiue publici ſiue priuati,quātūcūqꝫ
habeāt amplā poteſtatē lꝫ poſſint tranſigere de debito non liqdo
tñ quod non poſſint cōpromittere,volunt Ang.in l.raptores.C.de
epi.ꝛ cle.vbi aſſignat rōnem differentie.Sed vide Iaſ.ibi in prin.
reprobantē ꝛ Alex.in l.de fideicōmiſſo.ſ.e.Et de prelatis eccleſie
an poſſint ꝯpromittere vel trāſigere,vide que dixit Barb.in c.j.ex
tra depoſi.Abb.in cōſi.xxxvj.in j.vol.in c.contingit.de tranſactio.
Barb.conſi.vij.in j.parte.Et de curatore dato bonis qđ poſſit fa-
cere compromiſſum requiſitum a ſtatuto,vide Decium conſ.xxij.

ALIA LECTVRA.

Preſes. Adminiſtrator ciuitatis de re dubia
pōt tranſigere,ſed debitum liquidū nō
poteſt remittere.¶Not.qđ dixi in ſummario.¶Op.
d.l.aduerſus.j.de vſu.Sol.vt ibi dixi.¶Itē quero qđ
in alijs adminiſtratorib.ꝛ in prelatis eccleſiarū,dicit gl.ꝙ idē quā
gl.ſigna.¶Quid de poteſtate ſeu pretore huiꝰ ciuitatis:Dic ꝙ
non,vt l.prohibere.§.plane.ff.ꝙ vi aut clam.¶Itē querit gl.qđ ſi
adminiſtrator remittit debitū liquidū,ꝛ bona fide.Dicit gl.ꝙ ta-
lis remiſſio valet,per iſtam legem.Pla.fuit in contraria opi.per l.
pactum.ſ.co.Hanc opi.tenent doc.non ob.l.allegā.per gl.qꝛ ibi lo
quitur de debito non liquido.

LEX XIII.

1 ☞ Tranſactio facta metu,nō habetur rata,ꝛ quando,ꝛ per quē
metum reſcindatur.num.5.
4 Pactum inter dominum,ꝛ ſeruum non valet,ꝛ num.8.
6 Factū ab vxore pp minas a viro illatas reſcinditur officio iudicis.
9 Qualitas cauſe q̄ dicatur,ad hoc vt per eā poſſit probari metus.

* Interpoſitas. Breuiter dicit,tranſactio
facta iuſto metu* rata nō
habetur,ꝛ inter dominū,ꝛ ſeruum nō valet tranſactio.
h.d.Habet duas partes principales.Prima tractat
an valeat trāſactio facta metu.Secunda an valeat inter dominū,ꝛ
r ſeruū.Secunda ibi,ſed quoniā.Itē prima ſubdiuiditur,†qꝛ primo
ponit vnū dictū.Secundo illud declarat in theorica.Tertio illud
declarat in practica.Secūda ibi,nec tamen.Tertia ibi,ad vun ta-
men.¶No.ꝙ trāſactio facta metu,nō habetur rata.¶Secundo
2 no.†ꝙ iuſtus metus dicitur metus mortis,vel cruciatus corporis.
3 ¶Tertio not.†ꝙ non preſumitur metus ex eo ꝙ quis dedit ma-
4 gnum pro modico,quod tene menti.Vltimo no.quod†nō valet pa
ctum inter dominū ꝛ ſeruum.¶Opp.ꝛ videtur ꝙ pro illo minori
metu reſcindatur ꝙ eſt actum,vt ff.ꝙ met.cau.l.extat,ꝛ l.iſti quidē.
5 §.fi.ꝛ l.fi.§.j.Huius†timore hic notabiliter dicit gl.ſi tamen intelli-
gatur.Quandoqꝫ quis vult reſcindere aliquod factū metu,ex edi-
cto Pretoris ꝙ met.cau.ꝛ tūc requiritur ille metus,de quo hic lo-
quitur.ꝛ l.metum.ff.quod met.cau.Quādoqꝫ quis vult reſcindere
ex ſententia edicti,ꝛ tunc ſufficit eſſe metū in perſona filij licet non
in perſona ſua,vt d.l.iſti quidē in fi.Quādoqꝫ quis vult reſcindere
per officium iudicis,ꝛ tunc ſufficit metus verecundie,licet nō con-
tineat metū mortis,vel cruciatū corporis,exemplū,Aliquis deuru-
dauit aliquē capite,vel corpore,qui non poterat in publico cōpa-
rere ſine dedecore,huius rei gratia fecit pactū,vel tranſactionem.
Certe reſcinderetur officio iudicis,vt l.fin.§.j.ff.ꝙ met.cau.Quan-
doqꝫ infertur metus alicuius futuri euētus a natura,vt medicus,
qui infirmitatē modicā fecit magnā,ꝛ periculoſam,huiꝰ gratia ex-
torquet promiſſiones illicitas,certe reſcindentur officio iudicis,vt
l.medicus.de var.ꝛ extraor.cog.Quādoqꝫ infertur metus ratione
maioritatis,ꝛ reuerentie,ꝛ iſtud fit dupliciter,nam quedā eſt reue-
rentia,vel maioritas abſque poteſtate publica,vt maioritas,que
habetur a marito in vxorē,a patrono in libertū,ꝛ tunc reſcinditur
etiā per officiū iudicis,vt l.j.§.que onerāde,ꝛ ibi not.qua.re.ac.non
6 da.ꝙ tene menti,qꝛ†ſi vxor facit aliquid propter minas a viro illa-
tas,officio iudicis reſcinditur,vt d.§.q̄ onerāde.qui hic allegatur.
Quādoqꝫ hec authoritas,vel maioritas habetur ex officio publi-
co,vt habet poteſtas,ꝛ capitaneus,ꝛ tūc reſcindetur condictione
ex l.fi.j.ꝙ met.cau.ꝛ vide gl.tuā notabilē,ꝛ videtur mihi ꝙ gl.dicat
idē in l.metū.ff.ꝙ me.cau.¶Op.hic dicitur edicto perpetuo.con-
tra qꝛ actio quod me.cau.durat anno,vt l.j.ff.ꝙ me.cau.So.quod
7 hic dicitur perpetuo,expone.i.generali.vel dic perpetuo,quantū
ad ſimplum.¶Venio ad vltimā partē dicitur hic ꝙ non valet pa-
ctum inter dominū,ꝛ ſeruū.Contra.j.de li.cau.l.cum affirmes.Gl.
8 dicit ꝙ†non valet preterquā in libertate.Certe hoc nō eſt verū qꝛ
nec in libertate quantum ad dominū cōgēdum,ſed poterit exhor-
tari,vt iſtud faciat,ſi videbitur ſibi.Sed contra oppo.ff.de acquir.
here.l.ſi ſeruus.§.ſi quis dederit.Sol.cū domino futuro bene po-
teſt fieri pactū,ſed cū domino preſenti,nō.¶Contra iſtud op.de l.
fi.j.eo.Sol.Ibi erat dubiū an eſſet ſeruus,ideo poteſt ſuper ſtatu
paciſci,hic ſuper alio fiebat tranſactio,ꝛ ideo aſſume tria verba.
Quādoqꝫ fit pactū inter dominū,ꝛ ſeruū de alio quā de libertate,
ꝛ indiſtincte nō valet,vt hic.Quandoqꝫ fit de libertate,ꝛ tūc aut
erat dubiū an eſſet ſeruus,ꝛ valet,vt hic,ꝛ l.fi.j.eo.Aut certū,ꝛ tūc
aut fit cū domino futuro,ꝛ valet,aut cum preſenti,ꝛ tunc ſecus,vt
9 ſ.dixi.¶Quero dicitur hic ꝙ qualitas†cauſe non ſufficit ad pro-
bandum metū,vel dolum.quid eſt hoc dictū,qualitas cauſe:Re-
ſpondet gl.trib.modis.Primo,qꝛ ſi metus fuit in primo contractu
propter hoc nō preſumitur metus in trāſactione facta ex interual-
lo.Pro hoc j.ꝙ met.cau.l.ij.Secundo dicas qualitatē cauſe,id eſt,
conteſtationem quandam,qua pars poteſtatur coram poteſtate,
vel vicinis,ſe metu,vel dolo inductum,vt probatur j.de dolo.l.do
lum.ꝛ l.ſi maior.ꝛ melius.j.quod met.cau.l.metum.Tertio,vt di-
cam qualitates cauſe.vt puta quod magnam quantitatem dimiſi
pro modico,ꝛ iſtam l.tibi poſui tanquam magis nota.ꝛc.

ADDITIO.

* CLAVD.DE SEISS. ¶Iuſto metu.Quid autem ſi in inſtru
mento dicitur,talis ſponte,non vi,non metu,ꝛc.an per hoc purge
tur metus:Vide Panor.poſt antiq.in c.ij.circa fin.de reſtit.ſpol.ꝛ
facit quod in ſimili no.Bal.in l.mater.j.de rei vendi.ꝛ ꝙ ibi ſcripſi.

LEX XIIII.

1 ☞ Pecunia data ob tranſactionem,quando ab ea de voluntate
partium receditur,repetitur cōdictione ſine cauſa,vel ob cauſam.
ꝛ num.6.
2 Tranſactio,quando ab ea receditur partium conſenſu,tollitur
ope replicationis.ꝛ num.7.
3 Si prima actio eſt ſublata ꝑ Aquilianā ſtipulationē,vel accepti
lationē,

lationē,⁊ recedatur a trāſactione,qua actione poſtea agat̄,⁊ nu.8.
5 Quando receditur a tranſactione,an actor debeat redire ad priſti
nam inſtantiam,an vero de nouo inchoare.

**Si diuerſa.** Conſenſu partiū poteſt a tranſactio
ne recedi,⁊ ad cauſam rediri.hoc di
ci.Dicitur hic,equitatis ratio ſuadet,vt refuſa pecunia,⁊c.
¶ Quero,quo iure petam mihi reddi pecuniā. Dic ꝙ per condi
ctionem indebiti,vt ff.de cond.inde.l.eleganter.iij.reſponſo. Mihi
1 †videtur ꝙ debeat agi condictione ſine cauſa,vel ob cauſam.Nam
condictio indebiti habet locū.quando datur ob cauſam falſam de
preterito.Condictio ob cauſam habet locū quando datur ob cau
ſam de futuro,que non ſequitur,vt l.dedi.de condi.ob cauſ.ſed hic
fuit datū ob cauſam de futuro,vt a lite deſiſteret,ergo ⁊c. ¶ Que
ro ſecūdo dicitur hic,ꝙ cauſa ex integro agitur, quero an ipſo iu
2 re,vel ope replicationis†tollatur tranſactio per conſenſum partiū,
gl.dicit,⁊ bene,ope replicationis,vt l.ſi vnꝰ.ff.de pactis. §. pactus.
3 Queto,quid ſi prima actio fuiſſet ſublata ipſo iure per† Aquilia
nam ſtipulationem,⁊ acceptilationē.Prima gl.arguit ꝙ poſſit agi
antiqua,ſi a tranſactione recederetur,vt l.ſiue.j.eo. In contrarium
facit dicta l.ſi vnus.§. pactus. Finaliter determinat, ꝙ debeat agi
antiqua vtili,argu.j.ſi aduerſus trāſactio.l.j.⁊ l.fi.ſed ille leges non
videntur aliquid facere.Nam ibi fuit conceſſa reſtitutio in integrū,
que omnia in priſtinū ſtatum reponit,merito datur vtilis.hic vero
pars ſua ſponte a tranſactione recedit, vnde eſt quid ſibi impute
tur,⁊ ex iſto per ꝙ a tranſactione receditur non poteſt reſtaurari
actio ſemel extincta,vt d.l.ſi vnus.§.pactus.⁊ ita tenent multi do
ctores.Ego iſtam materiam dixi hoc anno in l.pupilli.§.j.de ſo.qui
tex.videtur prima facie probare opi.gl.hic poſitam. Mihi nūc vi
detur ſic dicendū. Quandoqꝫ per trāſactionem actio prima tolli
tur,⁊ eſt ſublata ope exceptionis,⁊ tunc ſi a trāſactione receditur,
poteſt agi prima actione,⁊ cōtra exceptionem dabitur replicatio,
vt hac l.⁊ hic not.in j.parte gl. Quandoqꝫ tollitur actio ipſo iure.⁊
hic aduerte.quandoqꝫ illa actio ſublata non poteſt per conſenſum
partium reſtaurari,vt obligationes ex delicto, vel quaſi.⁊ tunc ſi a
trāſactione recedatur,agetur prima vtili,eſt caſus in d.l.pupilli.§.
j.de ſol.quicquid ibi dicat gl.nam ibi loquitur de actione,que con
tra magiſtratum dabatur, que cum eſſet ex delicto,vel quaſi,per
pactum fuit ipſo iure ſublata,Si vero poteſt conſenſu partium re
ſtaurari,tunc debet agi condictione ob cauſam,vel ſine cauſa,vt ſe
in priſtinam obligationē reponat,vt l.ſi quis accepto.de condi.ob
cau.⁊ ꝙ ibi not. Ita debes intelligere hanc gl. ¶ Querit gl.que eſt
4 ratio†quod per conſenſum partium, [a] lata ſententia ſuper eo ꝙ ſe
mel iudicatū eſt,non valet ſed valet ſententia lata ſuper eo,de quo
tranſactū eſt,vt hic. Gl.reſpondet,qꝛ trāſactio deſcēdit ex cōſenſu
partium,in ſententia ſecus.⁊ vide gloſſ.quam no.bene. ¶ Hic in
5 tendo querere,quando†recedatur a tranſactione,vtrum actor de
beat redire ad primā inſtātiā an vero inſtantia debeat inchoari de
nouo. Et ꝙ ad primam redeat, videt̄ probari in l.ſiue apud acta.j.
eo.ꝙ debeat inchoari de nouo vr̄ tex.hic dum dicit,cauſam ex in
tegro agi. Pro hoc facit ſ.eo.l.cū mota, vbi per tranſactionē peri
mitur inſtantia,⁊ omnis eius effectus. Si enim nō periret ipſo iure
querela preparata ipſo iure ad heredes trāſiret:ſed ibi dicitur cō
* trarium,nec poteſt inſtantia perēpta conſenſu partiū reſtaurari,*
qꝛ a mero ꝯſenſu partiū nō depēdebat,dubito,iō nō determino ⁊c.

ADDITIONES.

a P.PAV.P. ¶ Circa veritatem huius glo. an ⁊ quomodo per pa
ctum poſſit renunciari ſententie,vide omnino Felin.late in c.inter
monaſterium.in prima limitatione.
* CLAVD. DE SEISS. ¶ Reſtaurari. Iſtā partē tenet Rom.
qui alia allegat in l.ſi inſulam.de verb.oblig.

ALIA LECTVRA.

**Si diuerſa.** A tranſactione poteſt recedi per cō
6 ſenſum partiū.h.d.Dicitur hic,refu
ſa pecunia. Querit gl.qua†actione repetitur pecunia. Gl.
concludit ꝙ condictione indebiti. Aduertatis, qꝛ condictio inde
biti reſpicit falſam cauſam de preterito,vt l.damnus.de cond.inde.
ꝙ no.⁊ in caſu noſtre legis,qꝛ fuit datum ob cauſam de futuro,que
cauſa reuerſa eſt ad non cauſam per conſenſum partiū.⁊ ſic eſt di
7 cendum ſecundū doc.ꝙ cōpetit cōdictio ſine cauſa. ¶ †Querit gl.
an poſſit agi ope replicatiōis,an ipſo iure. Dic vt in gl.per.l.ſi vnꝰ.
8 §.pactus.ff.de pac. ¶ †Itē querit gl.quid ſi actio erat ſublata per
acceptilationē,nunquid habeat locū iſta lex. Gl.arguit pro ⁊ con
tra,⁊ reſidet in hoc ꝙ poſſit agi prima actione vtili,vt l.j.⁊ fi.j.ſi ad
uer.tranſ. ¶ Aduertatis,qꝛ leges ille loquūtur in materia in inte
grum reſtitutionis,que reſtitutio omnia ponit in priſtinū ſtatū,vt
d.l.ꝙ ſi minor.§.reſtitutio.ff.de mino.⁊ ideo nil mirum ſi ibi agitur
vtili actione,quidā approbant d.gl.ſed poſſent eā tollere per.l.pu
pilli.§.j.ff.de ſol. Vel melius dic, Aut prima actio erat ſublata per
exceptionē,tūc poteſt intētari prima,⁊ ſi opponatur exceptio trāſ
actionis,poteſt replicari,ꝙ hoc procedit de cōſenſu partiū. Et ita
videtur ſentire glo.que incipit,agi vt ff.de ſol. Aut actio ipſo iure
erat ſublata,⁊ tūc aut eſt talis que poteſt reſtaurari per conſenſum
partium,⁊ ad hoc poteſt agi prima actione.Et ſi opponatur exce
ptio, replicabitur. aut non poteſt reſtaurari per conſenſum par
tium, ⁊ tunc poteſt habere locum ratio huius glo. quod agatur
vtili ex equitate. Et ita dꝫ intelligi.l.pupilli.§.j. q̄ loquit̄ de actiōe
9 deſcendente ex delicto contra magiſtratum. † Item gl.querit,que
ſit ratio differentie,quod ſententia contra ſententiam non valet ex
conſenſu partium,contra tranſactionem ſic, Dic vt in ea.

LEX XV.

1 ☞ Interroganti turpiter,⁊ male,qū ſit curialiter reſpōdendum.
2 Actio in rem quando tollatur per acceptilationem.
3 Si vnum debetur,⁊ aliud promittitur,quando fiat nouatio.

**Ut reſponſum.** Breuiter dicit. Trāſactio
facta per Aquilianā ſtipu
lationē,⁊ acceptilationē, omnē actionē tollit, etiā in rem.
1 h.d. ¶ Not.ꝙ ille†qui interrogatur male,debet curialiter reſpon
dere Simile in l.precibus.de impu.⁊ alijs ſubſtit. ¶ Secundo not.
quod acceptilatio perimit omnes alias obligationes perſonales
a in rē,⁊ miſtas. ¶ Opp.ad primū ꝙ debeat reſpōdere ruſtice, [a] vt l.
Domitius.ff.de teſt.Sol. Dicunt quidam.ibi fuit Iuriſcōſultus,
qui forte fuit quidam ruſticus ſuperbus propter ſcientiā effectus,
hic fuit dominus Imperator,qui ſemper eſt curialis,ſed etiā quā
doqꝫ Imperator reſpondet ruſtice,vt l.mercalem.de cond.ob tur.
cau. Breuiter turpiter ⁊ contra bonos mores interroganti,turpi
ter eſt reſpondendum,vt d.l.mercalem. Sed quando interrogatio
nō eſt cōtra bonos mores,tūc aut ſit ab eo cui poteſt imputari in
diſcreta interrogatio,vt a quodam aduocato,tunc poteſt turpiter
ei reſponderi,vt d.l. Domitius.ſed ei cui nō poteſt imputari indi
ſcreta interrogatio, vt mulieri, vel ruſtico, tunc debet ei curialiter
2 reſponderi,vt hic ⁊ d.l.precib. ¶ †Oppo per acceptilationem tol
litur tātum obligatio inducta verbis,vt.ff.de accep.l.an inutilis.§.
acceptum fieri.ergo actio in rē non poteſt tolli. Gl.reſpōdet,certe
hic fuit actio, in rem prius in Aquilianā ſtipulationē deducta. vt
Inſt.qui mo.tol.ob.§.eſt autē.⁊ de acce.l.ex vno.§.j. Sed tūc īſiſto,
qūo actio in rē poteſt in ſtipulationē deduci, cū nemo rē ſuā ſtipu
lari poſſit,vt.ff.de verb.ob.l.nemo rē ſuā. Reſpondeo,ſtipulabitur
pretium. Ita videtur velle dicere gl. Sed tunc inſtatur, quomodo
tunc fiet nouatio,cum pretium nō erat in obligatione. Gl.in d.l.§.
eſt autē.dicit ꝙ pretiū nō erat debitū,ſed quaſi debitum. Pro hoc
3 facit l.ſi ſeruum.§.effectus.⁊ ꝙ ibi no.gl.ff.de verb.obl. †Itē contra
hoc inſtatur,quādo vnū debetur,⁊ aliud promittitur, nō ſit noua
tio,vt l.fundū Cornelianū.ff.de noua.reſpondeo,illud eſt verum ꝙ
nō ſit tacite,ſed ſi agatur expreſſe,bene ſit nouatio. Ita loquit̄ hic.

ADDITIO.

a IO. FR. RV. ¶ Ruſtice.adde caſum in quo Imperator reſpon
dit ruſtice,in l.reprehendam.j.de Inſtitutio. ⁊ alium in quo iuriſ
conſultus ſimiliter reſpondet in l.ij.§. ſeruius ſulpitius,de ori.iur.

ALIA LECTVRA.

**Ut reſponſum.** Acceptilatio tollit omnem
actionē, etiam realē, vel miſ
tam. ¶ Nota primo in hac l.videlicet ꝙ ſi fiat poſitio con
tra te,⁊ ſit obſcura,rūdere potes per hāc.l.vt reſpōſum habere poſ
ſis,declara poſitionem tuā,vt hic,dū dicit inepte querenti,benigne
reſpōde. ¶ Sed opp.de l.Domitius.ff.de teſt.Sol.in dicto cōtra
rio inepte interrogabatur,ideo fiebat inepte reſponſio,qꝛ interro
gās erat forte peritus.Imperator,qui eſt curialis, aliter rūdebat.
¶ Itē dicitur hic, ꝙ acceptilatio tollit omnē actionē etiā realem.
cōtra de l.an inutilis.§.acceptū.ff.de accepti. Solu.ꝙ fuit deductū
in Aquilianā ſtipulationē id, ꝙ groſſo modo diceretur deberi per
actionem realē,⁊ poſtea fuit ſecuta acceptilatio. ¶ Sed cōtra hoc
opp.de l.nemo.ff.de ver.ob.⁊ de.l.ſcire debemꝰ.§.fi.e.ti.ſolue vt ibi.

LEX XVI.

1 ☞ Statutum dicens quod habeat locum in preteritis,⁊ futuris,
non comprehendit cauſas tranſactione deciſas.
2 Lis ꝙ dicatur tantū poſt litem conteſtatā,cauſa vero ante,⁊ poſt.
3 Tranſactio poteſt ante litis conteſtationem fieri.

a **Cauſas.** [a] Habuiſtis ſimile j.ſent. reſcin.nō poſ.l.fi.
⁊ ibi induxi vobis ad queſtionem de ſtatu
tis,que dicunt,ꝙ habeat locū in preteritis,⁊ futuris,ꝙ nō
b extendūtur ad cauſas trāſactione,deciſas [b] † tene menti perpetuo.
1 ¶ Quero,que differētia eſt inter cauſam,⁊ litē [c]? Gl.vacillat,finali
ter determinat ꝙ cauſa dicatur poſt litē conteſtatā,lis ante,⁊ poſt.
2 Vide gl.⁊ no.eā.Simile no.in l.j.circa prin.ff.de teſti. Ego puto†ꝙ
lis dicatur tantū poſt lit. conte.cauſa vero cū ſit nomē generale,
d ante,⁊ poſt.Et hoc videtur innuere tex.in aut.qui ſemel. [d] qūo,⁊ qū
iudex,⁊ eſt expreſſum extra de ver.ſig.c.ex parte veſtra. ¶ Quero
e ergo, [e] an ante lit.conte.valeat facta trāſactio? Quidā dicūt ꝙ non
3 quaſi nō ſit lis. Contrariū †eſt veritas,qꝛ non requiritur ꝙ ſit lis,
ſed ſperatur vt l.ij.ſ.e.⁊ ibi not. ¶ Itē quero,nūquid valeat tranſ

actio poſt ſentētiam. Dic vt l. poſt rem. ff. eo. ꝛ l. eleganter. §. ſi poſt,
* ff. de condic. indeb. Quero quid ſi ſtatutum, * vel reſcriptum dicit,
non obſt. l. cauſas. Certe dic, vt dixi in l. fin. ē. ſi contra ius, vel vti.
f publ. ꝛ vide ibi, f ꝛc.

ADDITIONES.

